uinam inflammatam: qua dicitur. Ire maledicti et. et hec erit talis separatio: quod nunquam commixtio vel coniunctio fiet. **T**ertia perditio erit invidia pertrahere: quis voluntas eorum est: et erit per invidiam corrupta et depravata. unde sic sancti sunt perfecti in benivolentia: ita voluntas deliberata in damnatis est corrupta: quod non potest velle bonum. et ratio huius sumit ex loco. Videmus enim in universo quod triplex est terra locorum. scilicet superius: et medium: et inferius. Qui sunt in loco superio. sunt sicut stelle in firmamento. existens et ita sunt lucida: quod potest fieri opaca. et ea que sunt in inferio loco sicut terra: adeo sunt opaca. quod non potest aliquid modo fieri luminosa. Uterque ea que sunt in medio sicut aer et aqua illuminantur et obtenebrantur. et secundum hunc modum sancti que sunt in celo adeo sunt perfirmati in bono quod nullo modo poterunt velle malum. et damnati que sunt in inferno: ita sunt obstinati in malo quod non possunt velle bonum. Sed homines existentes in mundo isto potest usque ad mortem velle bonum est malum: et peccare et relinquere peccatum. **Q**uarta perditio que est in eis: est gehena cruciatus. et hec est infernalis ignis. Unde sciendum est quod triplex est ignis. scilicet mundi: purgatorij: et inferni. ignis mundi est cruciatus et consumens: quia consumit ligna. et hic ignis purgatorij est cruciatus et purgans sed non consumens. Ignis autem inferni est cruciatus: sed non purgans nec consumens: quia in illa die querent homines mortem et fugiet ab eis. De hoc igne dicitur in Isa. lxvj. Ignis et. Ignis eorum non extinguetur in eternum. Hic ignis non indiget nutritione nec alicuius insufflatione: quia status domini tanquam torrens succedet eum: et sic patet quatuor perditiones damnatorum quantum ad animam contrarie quatuor donibus beatorum.

Sermo. xij.

Sermones funebres

Melior est mors quam vita amara: et requies eterna quam languor perseverans. Eccle. 30. Apud sacros doctores occurrit questio utrum melior sit mors: quam vita amara. Ad istam questionem sunt due opiniones differetes et opposite. Quidam dicunt: quod melior est vita quam mors. Et ratio est ista. quia pro morte totum corpus destruitur et corrumpitur: et in terram redigitur. Unde Ber. de miseria corporis humani ait. In morte hominis facies pallescit: nasus frigescit. dentes nigrescunt: aures surdescunt: oculi tabescunt: nervi et vene corrumpuntur: corpe nimio dolore scinditur. In domo non custoditur ne domestici domum nimio fetore moriantur. Ad aere non suspenditur ne aer corrumpatur. In aquas non projicitur: ne aque nimio fetore inficiantur sed quod sit: terra foditur et in terram eicitur: et tanquam venenarum pestiferarum: ne amplius appareat. terra cooperitur. Non melior est vita quam mors. Quidam dicunt oppositum allegantes figuram de moyse qui potius elegit cum populo dei mori: quam cum filia pharaonis delectari. Legitur. Bar. xiiij. quod susanna sanctissima domina. dixit. Melior est mihi scire in manus hominis quam derelinquere legem dei: meum scilicet mori. et salomon ait. Eccle. vij. Melior est dies mortis die natiuitatis. Ratio est quia quando homo nascitur: nascitur ad laborem: ad multas miseras. Unde Job xiiij. Homo. n. de. m. b. v. tpe. r. m. m. q. q. s. f. e. z. f. v. v. z. n. i. e. s. p. plenius defectibus tamen aie quam corporis moriendo transit de labore ad requiem. Hinc est quod salomon dicebat. eccle. 30. Melior est requies eterna: quam languor perseverans: et Paulus ad philip. i. Cupio dissolui et esse cum christo. et Job. x. Tedet. a. m. v. m. z David ps. cxix. Dei mi-

hi: quia incolatus meus. p. e. z Job. x. Quare de. v. e. m. q. v. co. e. n. o. m. v. f. q. non. e. de. v. t. z vere opinio istorum est melior et magis tenenda propter triplicem rationem. Primo propter beatitudinem. Secundo propter honorem. Tertio propter cognitionem. Tres sunt spectabiles viri boni qui homo naturaliter appetit: et tamen ad hoc pervenire nequit nisi prius fuerit carne solutus. Circa beatitudinem. dicit Augustinus. 2. li. de ci. dei. Quod nulla est causa persequendi nisi ut beatus fiat. et Boetius de consol. philosoph. li. 3. dicit quod appetitus beatitudinis nostre mentibus hominum naturaliter est insitum. Recitat Augustinus. quod quidam philosophus a quodam suo discipulo interrogaretur quare persequeretur: respondit prope vitam beatam: et querens quoniam ille aliquid dicit: dixit quoniam hoc corpus relinquerem in terra. Circa beatitudinem. e. Tho. prima se. q. j. z. vij. ar. viij. querit utrum beatitudo consistat in aliquo creato vel in creato. Ad quoniam respondet. d. quod diverse fuerunt opiniones. Aliqui philosophi pagani posuerunt beatitudinem consistere in bono creato ut puta in delitiis et voluptatibus: et isti dicebantur epicuri: et hanc opinionem in presertim tenent pauperes: quia reputant voluptuosos ac divites esse beatos. allegantes prophetam in ps. dicentem. clivus. Et tamen dixerunt populi cui hec sunt et opinio istorum dicitur esse falsa quam probari potest tali argumentatione. Beatitudo excludit omne malum et includit omne bonum sed voluptates et delitie atque divitie non excludunt omne malum. ergo beatitudo non est in divitiis neque in voluptatibus. ergo opinio illorum est falsa. Item beatitudo non subijcitur mutationi et variationi. sed voluptates et divitie subijciuntur fortune. id est mutationi et variationi. ergo beati-

Vulgarizandi

tuudo non consistit in illis. Ad maiores sunt vere et minores probantur per illud quod scriptum est. Eccle. i. et alia firmitas: quod vidi sub sole in malum domini sui: diuitie congregare. Iohannes dauid dixit. ps. xvj. diuitie si affluant nolite. c. a. De voluptatibus dicit Boetius de consolationibus. lib. iij. Tristes exitus voluptatum. Iohannes de Eccle. xij. ego ecclesiastes fui rex israel in hierusalem et proposui in animo meo querere et investigare sapienter de omnibus que sunt sub sole. Hanc pessimam occupationem dedit de filiis hominum ut occuparentur in ea. Et vidi cuncta que sunt sub sole. et ecce vniuersa vanitas et afflictio spiritus. Item beatitudo faciat appetitum hominis. sed hec supradicta non faciunt. ergo in illis vanitas non consistit beatitudo. dicit Boetius. lib. iij. de consolationibus. beatitudo est statum omnium bonorum aggregatio perfecta. Eccle. v. Auarus non implebitur pecunijs. Et Petrarca de remedijs vtriusque fortune. Auarius auarior fit eo quod plus habet. Item vnde quod beatitudo non consistat in diuitijs. Alii dicebant beatitudinem consistere in diuitijs et voluptatibus. Epicuri et istorum etiam opinio est falsa. Et ratio huius est. In illis in quibus animalia conueniunt nobiscum in illis non consistit beatitudo. sed animalia conueniunt nobiscum in voluptatibus ergo in voluptate. Item ad beatitudinem sequitur delectatio perfectissima que resultat ex apprehensione vniuersalis boni. sed delectatio voluptatis est imperfectissima: quia secundum Boetium de consolations. lib. iij. Tristes exitus voluptatum. ergo et cetera. Alii dixerunt consistere in fama et honore et isti dicebantur stoici: et isti etiam errauerunt: et ratio. Quia gloria que procedit ab vno homine in alio est plurimum fallibilis. Vnde Boetius. iij. de consolationibus. Plures ma-

gnum sepe nomen ex falsis vulgi opinionibus abstulerunt. Quo quod turpius excogitari potest. Nam quod falso predicatur nomine: sius ipsi necesse est laudibus erubescant. Idem. Nam dignitas collata improbis non claros sed miseros facit. ergo beatitudo non consistit in gloria humana neque in honore nec in bono creato. sed in bono creato: quod est ipse deus. Ad quod quidem bonum perfectum et optimum peruenit anima mediante morte. et sic patet quod melior est mors quam vita et cetera. Secundo dixi quod melior est mors quam vita ratione honoris. Inter cetera que appetit homo in hoc mundo: appetit honorari. sed in hoc mundo non potest perfecte honorari. Et huius ratio est: quia secundum Tullium. honor est reuerentia exhibitum testimonium virtutum. sed homo variatur quia hodie est virtuosus et cras vitiosus. infra illud. Job. xiiij. Nunquam in eodem statu permanet. Et nota est quod quicquid homo semper perseueraret in virtutibus in quibus sequitur honor. tamen non ab omnibus honoraretur. et precipue a malis. quia mali odio habent bonos et eos vituperant. Figura describitur et phariseis: qui sepe detrahebant honorem christi et eius fame. Nonnulli eorum dicebant eum fore bonum: aliqui malum. Item nota est quod quicquid homo honoraretur in vno loco. tamen in alio non: vbi non esset cognitum nec eius virtutes. Figura dicitur alexandro magno qui tamen sicut narrat Seneca Cordus beatus. quem audisset a quodam phariseo plures mundos esse ait. Ubi mihi miserere: qui nec vno quodam super potest honore vel potes sic dicere: quod omnia que in mundo sunt appetunt: ut diuitie: dignitates: honores: propter honorem solus appetunt. sed iter cetera que habent reddenda magni honorem homini est mors: quia per mortem

Sermones funebres

corporis aia recipit honores a deo: et a mundo. Et celo quia descendunt angeli et sancti ad aiam sibi sociandam et cōglorificandam. Unde offitio mortuorum cantat. Subuenite sancti dei. Occurrite angeli domini. Deinde a mundo videlicet a clericis et a populis: et sic per mortem magis honoratur mortuus quam uiuēs sicut ait salomon. Melior est dies mortis: die natiuitatis. Ecc. vii. ego magis laudauim mortuos quam uiuentes. Et ideo merito dixit. Melior est dies.

Tertio homo natura appetit scientiam. id est scire tanquam perfectionem sui esse. Unde philosophus primo Metha. Omnes homines natura scire desiderant. Legitur de solone qui quibus esset in articulo mortis audiuit disputantes. et quo melius posuit caput erexit: quousque interrogaretur propter quod caput eleuasset ait. ut quibus percepero id de quo disputatis: letior moriar. Unde Gregorius nazāenus in apologia ait. Optabile mihi est et profectus usque ad ultimum discere. Unde quidam philosophus dixit. si alterum pedes in fouea haberes adhuc discere vellem. Sed ad scientiam perfectam non potest anima peruenire nisi per mortem: ut inquit apostolus secunde Corinthi. xiiij. Nunc cognoscimus per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. et ideo melior est mors quam vita etc. et hoc solum intelligit de bonis et iustis. qui uirtuose in hac uita uixerunt. Iohannes de istis dicit. ezechi. ij. Uita uiuet et non morietur. Sapi. v. Iusti autem in perpetuum uiuent: et apud dominum est merces eorum. et quia in christo uiuit et quiescit. Ideo uos parcentes ei et cognati ac amici eius non debetis dolere de eius morte. Quam preciosa est in

specu domini mors sanctorum eius. et si presens defunctus posset loqui: uere exprobrando: lugentibus diceret. illud quod scribitur Luce. xiiij. Filie hierusalem nolite flere super me: sed super uos et super filios uestros. Consolamini ergo secus in dominus dicentes. Melior est mors quam uita: et sic ille faciat uobiscum misericordias suas: quia uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo.

xxij.

Bene omnia fecit. Matthei. viij. Secundum sententiam et doctrinam philosophi. Diuersae causae habent diuersos effectus. Nam homo generat hominem: oliua oliua etc. et si causa est bona: generat bonum effectum: et mala malum effectum. Unde matthei. xij. ait ipse saluator. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. hanc et sententiam habemus. Matthei. viij. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala potest bonos fructus facere etc. Quum igitur homo iste enim fuerit bonus in uita sua: et bonam uitam duxerit sequitur quod bona opera fecerit: sic dicitur uerba proposita. Bene omnia fecit. In quibus uerbis duo tangunt de hoc homine.

Causa operationis.

Causa delectationis.

Quatum ad primum sciendum est finem: quia finis mouet semper agentem. exemplum victoriae que est finis belli: mouet exercitum ad pugnandum. Sicut mouet habitatio que est causa quae fiat domus magisterium ad faciendam domum. Quum principium in operabilibus sit bonum et affectio talis boni sit finis propter quod omnia appetunt bonum: hic est quod unusquisque mouet ad operandum bonum siue apparatus siue existens bonum enim apparatus tamen. adeo est deceptum sic est bonum

Vulgarizandi

nū ipale qđ delectat multos. Et iō mlros decipit. Nā auar⁹ appetit bonū pecunie: et in ipa pōit hñez ac si eēt pfectū et vltimū bonū. Lururiosus appetit voluptates. Supb⁹ honores et dignitates: s; qz tales a tali apparēte bono decipiūt. Iō arguit eos. Gre. d. Ad omētaneū ē qđ delectat eternū vō qđ cruciat. Sūr sapiēs h̄ plenissime itelligens. Pro. xiiij. ait. ē via ā videt hōi iusta: no uisima aut ei⁹ deducūt ad mortē. Bonū aut vep ē ipse deus qz p̄tinet oē bonū extra quē nō ē bonū. Hoc bonū cognouit Philipp⁹: quuz dixit ad xpm. Dñe onde nobis p̄rem et sufficit nobis. Est. n. de⁹ tale bonū: qđ bñ sufficit hñi. Inimmo hz replere et satiare oia in quo est. Un qdā scūs Tu. fallos. Aug. ait. Valē auar⁹ ē cui n̄ sufficit de⁹. Istud. n. bonū dz mouere ad bñ opandū: qz qñ aliqs expectat recipe aliquā magnā remunerationē pro labore suo ille labor nō ē sibi grauis: s; patienter portat. qz dicit Gre. qz cōsideratio p̄mij minuit vim laboris. Exēplum de Jacob. qz seruiuit patrio suo Loti seprē annis p Rachel et videbantur illi dies pauci pre amoris magnitudine. Gen. xxix. Sic spūaliter loquēdo: qñ aliqs hō sanctus p̄siderat remunerationē et gloriā paradisi: qz veris fidelib⁹ est promissa et preparata: qz qd laboris vigiliarū et abstinentiarū ieiuniorū infirmitatū et h̄mōi patiūt totū patienter portat pp̄ spes quā hz ad illa delectabilia saniorū. Et est cā quare iste libenter ieiunabat: ubi alacris et libēter ad ecclesias: elemosynas faciebat. Sciebat qdez mensam eterni cōmij sibi preparatā. Sciebat insup qz ad illas epulas erat inuita

tus: ut illud Luc. xiiij. Ubi ait dominus nuptiarū. Dīa parata sunt venite ad nuptias. Et iō in hora felicitis exitu sui potuit pius et misericors de⁹ dicere illi: qđ dixit amico suo Adoyā. Exo. 33. Veni ostendā tibi oē bonuz. ¶ Scdm qđ de hoc hōie considerare habemus est cā dilectionis. Pro cuius declaratione sciendū est qz quāto seruus studet facere voluntatē dñi sui: et sibi pl⁹ placere: tāto magis ab ipō dño suo diligitur. Unde salomon Prouer. xxiiij. Acceptus est regi minister itelligens. Ita ad propositum sint. Quāto magis aliquis studet facere voluntatē domini nr̄i Iesu xpi. Tāto magis est acceptus illi: etiaz magis in amore coniunctus. Qđ aut hoc sit verum ipse auctor veritatis probat Ad Math. xij. Quicumqz fecerit voluntatē. p. m. q. m. c. ē ipse meus frater: et soror. et m̄r est magna est dignitas eē frater vni⁹ Ducis. Regis. Archionis. Impatoris. sed per ad impletiones voluntatis diuine multo gloriosior: et ditior efficitur: qz filius adoptionis Regis et imperatoris sit Iesu xpi: et qz hic studuit facere eius voluntatem: iō credendū est ipsum in celo cum eo gaudere. Amē. ¶ Sermo xxiiij.

Quod dicum plora mortuū. Eccle. xxiij. sūt aliqui ita vltra modū et inordinate diligētes filios vlt⁹ p̄pinqs et. qz qñ moriūt irremediabilr plo rāt et vix cōsolationē recipiūt: s; dicunt qdāmodo id qđ hētur. Gen. xxxvij. Descēdā ad filiū meū lugēs in infernū. Et ergo h̄i a tali amaricabili fletu reuocētur duas notabiles considerationes declaro.

Sermones funebres

C Pala p̄sideratio diuine voluntatis
C Sec̄da p̄sideratio diuine largitatis
C Quātū ad primū dico: q̄ consi-
deratio diuine voluntatis facit mo-
dicū plorare sup mortuū. Debem⁹
nanq̄ esse cōcordes cū diuina vo-
luntate s̄z s̄n̄az doctoz & theologi-
corū & iusticiarū: inter quos est. s.
Tho. in q̄stionibus de veritate. q.
xxij. ar. viij. & in p̄mo s̄n̄arū dist.
xlvij. ar. p̄mo. N̄ctur et̄ in decretis
xij. q. ij. cap. q̄ preposterz ubi dicit
Ciprianus: quod p̄postere est q̄ per-
uersus: vt quū dei voluntatem fieri
postulam⁹. q̄ euocat nos: & ac-
cessit de hoc mūdo nō statim volū-
tatis eius impio pareamus: sed ob-
nitimur & obluetamur: & more ser-
uozū ad p̄spectū domini cū tristitia
pducimur: & volumus ab eo p̄m̄is
celestib⁹ honorari: ad quē venim⁹
inuiti. Idip̄sū quoq̄ Sen̄. intelle-
xit q̄ p̄cedū sit volūtatē dei q̄ scri-
bens ad lucillū sic ait. Placeat hoc
q̄qd placet deo. Quis igit̄ volun-
tas diuina sit prima & sūma cā oīum
que sunt in hoc mundo cuius alia
cā querēda nō est sc̄dm̄ magistrū sē-
tentiā. loco primo di. xlv. & sc̄dm̄
bestū Tho. prima parte. q. xix. ar.
iij. Quare ergo debemus p̄tristari
si deus voluit vocare ad se filius tu-
um: vel quelibet alium: vnde nota.
q̄ Aug. ait li. de v̄a religione: qui p̄-
fecte deū diligit non affligit morte
alicuius. De⁹ aut̄ ē domū⁹ viuozū
atq̄ mortuoz. Uex est q̄ possum⁹
aliquātulū flere in morte amicorū
sed nō multū cōtristari: ex quo deo
sic placitū fuit: Unde Hiero. d̄ ver-
bis pauli de morte filij sic ait. Bo-
nus est de⁹ & oīa que bon⁹ facit bo-
na sint. nece se ē: mariti orbitas ir-
rogatur: plāgo quod accidit: s̄z q̄

deo sic placet equo animo sustineo:
vnicus raptus est filius durus qui-
dez sed tolerabile: q̄z hūc ille susti-
lit qui dederat hec ille. neq̄. n. per
placitū nostros possumus morti-
os suscitare. & id factū est. Hanc ra-
tionem allegabat David. ii. Reg.
cxv. Quū filius sibi carissimus la-
gueret flebat: nec capiebat cibum.
Quū aut̄ mortuus fuisset comedit
vestiuntq̄ se vestib⁹ regalib⁹: & cō-
solationē accepit. Cui cū serui ad-
mirātes de hoc dixisset quū infans
vueret: ieiunabas & c. r̄ndit quū ad-
huc viueret ieiunauit & c. Dicebā q̄s
enīz scit si forte euz donet mihi do-
minus: nūc aut̄ q̄ mortuus ē: qua-
re ieiuno. Nunquid potero eū am-
plius reuocare. ego vadam magis
ad eum. Ille vero non reuertetur
ad me & cōsolatus est David. Nos
enīz si nō possumus penetrare vo-
luntatem diuinā: vt illā intelligam⁹:
quare faciat istū mori: & illū viuere
debemus tamē scire q̄ bene oīa dē-
sponit: & sapienter: q̄z s̄m̄ Aug. sepe
offenditur deus ne offēdat amīc⁹.
Ideo dispositione diuina sepe con-
tingit: vt filij qui nimis carnaliter
diligunt subtrahant̄ quatenus affe-
ctiones nostre libentius in deum
transferant. **C** Secūduz q̄ cessare
facit & c. est cōsideratio diuine largi-
tatis: quā nobis p̄parauit post hāc
misabilem vitā. Dum. n. hic sumus
subiecti sumus multis miserijs &
afflictionibus. & verā q̄tes h̄re nō
possumus. vnde Aug. de visitatiōe
infirmoz dicit. Quis nūerare pos-
set presentis vite molestias. esurire
sitire calere algere lāari & inna-
merabilia q̄ exiosa p̄uetudine no-
bis domestica sūt: deniq̄ cū auda-
cia p̄uicio: q̄ principū vite hoīū

Vulgarizandi

ininitū dolorē: et iō hō moriēdo fit de suo dñs: cert⁹ de dubio de miso beatus. Istud nō ignorauerūt plū antiq: q in ortu puerorum flebāt: in morte gaudebāt significātes: q hō ad labores nascit: ad reqez aut morit. et iō modicū etc. **Sermo. xxv.**

Spiritus ^{elevauit} me: et ad duxit in hierusalem. In visionib⁹ diu. ezechielis. viij. Sentētia est angeli doctoris et scrutatoris secretorū dei. s. Th. xxi. q. c/xx. ar. i. ad scđz q ad dignitatē hoīs p̄inet: q ad diuina eleuet ex hoc ipō q hō factus ē ad imaginez dei. Hoc. n. ipse nō pōt per ppriaz virtutem: sed p grāz dei. Unde subdit. s. doctor rōnē. d. qz bonum diuinuz excedit in infinitū facultatem humanā: iō indiget hō vt supnatu raliter ad illud bonū capescēdū ad iuuetur q fit p qđcūqz beneficium grē dei. hec ille. Quum igit iste fuerit deo vnitus p grāz. vt credimus fuit a spū dei eleuatus. et potuit dicere in hora trāsitus sui. cum Eze. Spiritus etc. ad duo videnda.

Primū nāe sue pulchritudinē. **Secđz** oīpotētis dei maiestatem. **Dico** primo q aīa istius est leuata ad vidēdū suā ppriā pulchritudinez. Quādiu. n. aīa nra ē circūdata hoc mortali corpore nullo mō pōt videre suā pulchritudinē: qz qđqd videm⁹ opz p organū corporale videre qđ ē mō terrenū corpale et vile et obscurū. Sz p⁹ quū aīa liberat a corpore mortis huius: statim intelligit suā pulchritudinē: q trāscēdit oēm formositatē mūdi hui⁹: vnde ar. p. mo ethi. Bōa aīe sūt maxie bona. Et. xij. poli. Bonū aīe p̄ciosius ē oībus bonis: et Aug. in lib. de q̄litate

declarās aīe decorē ait. Quādiu. duz fatēduz est aīaz humanā nō ē qđ deus ita p̄sumedū ē: nihil inter oīa q creauit de⁹ ipsi deo eē p̄pingus: et iō David p̄replādo cur in obscuro aīaz suā q̄tis bonis eēt dotata exultās spū ait. Venite et videte oēs q timetis deū q̄ra fecit anime mee. ps. lxxvij. s. quot dōis eā becora ut quot potētis quot virtutibus et ornatu: et hoc ē qđ dic domin⁹ ipse loquēs ad aīaz rōnale. Ezech. xvj. Unxi te oleo et vestiui te discoloribus et calciavi te iacito: et cixi te bysso et indui te s̄brilib⁹ et ornaui te ornamento. Nō credatis q isti ornatus aīe sint ex vestib⁹ materialib⁹ qz aīa nō vtit talib⁹ ornamentis: sz spūalib⁹ et diuinis dōis que aīaz faciūt splēdidaz et corruscantē plus cūctis s̄derib⁹. Quapropter quū iste viderit nūc tantā formositatē nō est plorandū. **Secđz** spūs dei etc. Ad vidēdū lumē eternū et splēdorē oīpotētis dei in quē p̄tinue desiderāt angeli cōspicere ē ista cōclusio in theologia approbata p fidē. q aīa rōnale et̄ns d̄ corpore sine macula peccati statim cōiungit deo et p grām p beatas fruitionez. et videt et contempletur naturā et essentiaz magni dei. Et hoc est q declarauit Jo. in prima epistola. ca. iij. Dicens videbimus ex facie ad. s. sicuti est. Uides entz deū sicuti est. est videre deū essentialit̄ et nō p visionez imaginariam vel fantasticaz sicut exponunt doc. et maxime Th. p̄ma parte. In qua qđcūqz visione diuina p̄ncipaliter cōsistit tota felicitas: et gaudiū beatorū: qz ipsa est summuz bonum et solū essentialē bonuz qđ ab oīb⁹ desiderat sic fatet Arist. j. ethi. bonuz oīa appetūt hinc et Ansel. contem-

Sermones funebres

plādo illā ineffabile cēntiā diuinā ex-
citat alaz suā. d. Excita te nūc q̄so
nīa mea z erige parūper totū itelle-
ctū tuū: cogita quātū potes q̄le: z q̄
tūz sit illō bonū: si enī singula bona
delectabilia sunt cogita q̄tū sit illō
bonū q̄d p̄inet oīa bona nō q̄liter i
reb⁹ creatis expiris: s; tāto differen-
ter q̄to differt creator a creatura.
si enī ē bōa vita creata: q̄ bona ē vi-
ta creatrix. Deniq; si magne z mul-
te sint delectatiōes in reb⁹ delectabili-
bus q̄ta ē delectatio i illo q̄ fecit illa
delectabilia: z q; h n̄. N. vixit v̄tuo-
se s̄m q̄ sunt mihi facta relatio. hic
narra vtutes z vitā quū s̄ bñ vix-
rit merito dicere pōt v̄ba i p̄ncipio
s̄monis assūpta spūs eleuauit me:
z adduxit in hierl̄z in visionib⁹ dñi
ad vidēdū. s. aīe mee pulchritudi-
nē z oīpotētis dei maiestātē ad quā
zē. Amē.

¶ Sermo. xxvj.

Nobilis abijt in re-
gionē lon-
giquā accipe sibi regnū.
Luc. xix. Presens vita
sicut experientia ip̄a mater re⁹ d̄mō-
strat est tota plena angustijs z affli-
ctionib⁹. vñ Salomon hec ex corde
cogitās: quis plus oīb⁹ p̄ncipib⁹ af-
flueret diuitijs q̄ h p̄nt h̄ri ait ec-
cle. j. Ego ecclesiastes sui rex in hie-
rusalē z p̄posui in aīo meo q̄rere z
inuestigare sapiētis: de oībus q̄ fiūt
sub sole z ecce vniuersa vanitas z
afflictio spūs. quapp̄ qlibet sapiēs
intuēdo istas miserias abūdare de-
beret q̄tū pōt saltē in aīo istum mū-
dūz relinquere z ad aliā pinguiorē
trāsire. s. ad p̄riaz beatā: sicut fecit
iste de quo ait thema n̄m. Et de q̄
possum v̄ba p̄missa dicerē. Nobilis
zē. Duplici ex cā hic est laudādus.
¶ Primo ex sanguinis nobilitate

¶ Secūdo ex mop̄ honestate.

¶ Dico p̄mo q̄ iste ē laudādus ex
nobilitate sanguinis vel parentele.
Est enī s̄ntia Chrysoſto. sup math.
q̄ nobilis dupl̄r p̄uenit: vno mo-
do q̄s dicit nobilis q̄ ē legitime na-
tus ex p̄re nobili: s; in seip̄o ē vitio-
sus talis est nobilis nuncupatiue
tm̄: q; s̄m famā vulgi i sapiētis. Nā
ap̄d vere sapientes tales vitiosi mi-
nime nobiles sunt q; amittunt suā
nobilitatē ex vitiosa vita ip̄ozuz si-
cut innuit p̄pheta in. ps. xlvij. Nō
quū in honore esset nō intellexit: iō
p̄pter ei⁹ p̄ctm̄ p̄parat⁹ est uimētis
in sapiētib⁹ zē. Et iō postq̄ perdidit
suam dignitatē per p̄ctm̄ de⁹ eiecit
illuz de paradiso z tanq̄ vilē depu-
tās dixit in sudore vultis tui. u. p. t.
Istis etiā egregie loq̄tur lact. li. ij.
De institū. rephendēdo. d. Hoies z
nominis sui z rōnis oblitī oculos
suos ab alto dixerūt. Ille nobis vul-
tum sublimen dedit: vos in terraz
curuamini tanq̄ vos peniteat non
q̄drupes esse natos. Dum enim
miseri volutamini: quū deo: suz q̄-
ritis: q̄d in sublimi querere debui-
stis. Isti cadunt de dignitate sicut
fulgur de celo coruscās Quidi. me-
tha. j. pronaz zē. Querit philoso-
phus. iij. metha. quū sit q̄d fulgur
composituz sit ex vapore igneo ex
magna parte sui: z de natura ignis
sit ascendere: quare ad ima descen-
dat z nō magis ascendat. Et respō-
det quod hoc accidit q; h; secū mo-
dicum vaporis terre: cuius naturā
magis sequit: cuius strepitu z fetore
sic fatui multi. Nāz nobiliozē prem-
sez aīam seq̄ deberent: cuius natu-
ra est sursum ascendere: sed miserī
viliozē p̄tem. s. corpus sequūtur i-
plicādo se vitijs carnalibus. Ideo

Vulgarizandi

subito cū strepitu ad infima inferni descēdunt: sicut attestat ppheta in ps. ix. Perit memoria eorū cum sonitu zc. Secō ex mox honestate. Dicit. n. Cri. Ubi supra q nobilis scōo modo dī q est natus ex patrib⁹ bonis in dignitate pstitatis z est vtuosus: z isti virtuosī dicunt nobiles pprie. H3 aut nobilitas h3 sapiētes singularē pprietatē z inclinationē ad bene z hōeste viuendū vnde narrat scriptura. ij. Macha. vi. de illo nobili scriba Eleazaro q potius voluit mori quā subdit⁹ eē peccatorib⁹. Dns ē Albertus magnus in suis pollicitis ait q adolescēs qdam nobilis fuit capt⁹ a barbaris z cogebatur facere opa seruilia z puer ex nobilitate animi talia ferre nō valēs caput fregit in mur z mortē petiuit z in fine pstitutus ait. Nō seruiā: nō seruiā. Et qd de illo nobili pncipe rege frācorū Ludouico dicem⁹ q ita nobiliter vixit: q nunq̄ p aliq̄d pctm mortale diabolo seruiuit: qd q facit pctm seru⁹ est pcti. Et dicebat filijs: q potius eos vellet videre mori. quāz aliqñ peccat mortalit. Q quā sūt laudādi tales nobiles ap̄ deū z ap̄ hoies: qz z si nobiles sūt nobilit̄ viuūt. Unde Diogenes phūs. Nobilitas hōis mēs. z deitatis imago. Nobilitas hōis virtutū clara ppago. N. h. dūmū colore cultū. N. h. ad celum tollere vultū: N. h. alium refrenare supbū. N. h. nature. Jura tenere. N. h. nisi turpia nulla timere. Et quare multi cadunt in pcti spurcitas nisi q nō respiciūt ad suā generositatē: qd si aspicerēt raro vel nūq̄ peccarēt. quū igit iste. N. fuerit nobilis genere: z eius etiā parentela declarat nobilioz morib⁹ z ho

nestate: merito erat iste a nobis honorādis: sicut nūc credim⁹ honorari ab angelis in vita eterna. E. mē. Sermo vigesimus septimus.

Tolle animam

meā. iij. Re. xix. Nō ē dubiū q si volumus inuestigare naturas rerū creatarū in pma fronte: hec locutio sancti prophete helie videtur paululū extrāea: z ipse ppheta videbit nobis p̄trari⁹: z oibus reb⁹. qm oēs res animate naturaliter fugiūt mortē z faciūt de vltima potētia ne peāt: z icipiēdo a rebus aimatis aīa ratiōali: sicut ē hō videm⁹ p expiētiā: q hō vt euadat mortē: pōit millies ī die si opus est corp⁹ ppriū inter lāceas z enses: z vt recipiat vitā corporalē abijcit z respuit qcqd substātie h3: qd patet quādo sūt infirmi. Pelle. n. p pelle ait Job. ij. Et cuncta que possidet dabit homo p anima sua. Uidēs quoqz aīatas res aīa sēsitiua: vt bruta fugere naturaliter mortē z naturaliter fugere illos q volūt sibi inferre mortē. Agnus vidēs lupū fugit lupus leonē. Musca colūbā colūba accipitrē. pulli miluū lep⁹ canes qz naturaliter cognoscūt eē sibi infessos. z hostes. sicut aīatas aīa vegetatiua: sicut arbores herbe plāte. q pp p̄seruationē suā nitunt celare radices sub terra: in quib⁹ p̄sistit eaz vita. z hoc ē q dicit Boeti⁹ ī tertio de conso. psa. xi. Omne nanqz animal tueri salutē nititur z laborat. mortē vero pernitiēqz deuitat. sed noster ppheta Helyas in persona cuiuslibet iusti vadit querēdo mortem z clamat omnipotenti deo qd velit tollere aīam suam a corpore ppter vnā causam rationabilē: z ista

Sermones funebres

causa est possessio omnium bonorum.
Pro cuius declaratione sciendum est
quod in hac vita non est persona, que possit
dicere. Ego habeo vitam bonam et nihil
deest mihi. Ego sum contentus quam
qui possidet unum bonum non possidet
alterum. Et multoties si quis habet unum
dies bonum: habet mille malos. Et hoc
est verum attestat. Boetius. 2. de consol.
Prosa. iiii. Anxia enim est res hu-
manorum conditio bonorum ut que vel
nunquam tota perveniat. vel nunquam per-
petua subsistat. Huic celsus exuberat.
Sed est per dorum desener sanguis.
Hinc nobilitas notum facit. Sed angu-
stia rei familiaris mallet esse inclu-
sus et ignotus. Ille utroque circumflu-
us vitam celebrare deslet: Ille nuptiis
feliciter. orbatus liberis alieno censu
nutrit heredi. Alius prole letus. fi-
lij filieque delictis mestus illachry-
mat. Itcirco nemo facile cum fortu-
ne sue conditione concordat. Inest
enim singulis quod inexpertis igno-
ret: quod expertis exhorreat: hoc iste
Sed contra in alia vita. Persona
habet omne bonum. possidebit omne
bonum: quam possidendo summum bo-
num ipsum fontem omnis boni: possidebit
omnia alia bona creata. Attestante.
Ber. qui ait in meditationibus.
Ibi habemus deum qui est summum bo-
num: summa felicitas. summa iocun-
ditas. summa libertas. perfecta
charitas. eterna securitas. Ibi est ve-
ra leticia: plena scientia omnis ple-
nitude. et omnis beatitudo. Est ibi
pax. bonitas. pietas. lux. virtus. ho-
nestas gaudia. leticie. dulcedo. vita
perennis: gloria. laus reges. amor
et concordia dulcis. Ipse deus placet
et propter se sufficit ad mercedem: suffi-
cit ad premium. Nec extra illum aliquid
quid aliud est: nec queritur: quia to-

tum in illo invenit: quicquid desideratur
hec ille. Hec enim consideras homo iustus:
his illectus infestat cum propheta
Helya omnipotentem deum. dicendo con-
tinue. Tolle animam meam. Quia si
nos volumus carissimi virtutes et
bonas operationes huius nostri. N.
considerare: qui mortuus est: et quomodo
in fine cum gratia dei perfectus est et conca-
tus: et quam devote accepit omnia sacra-
menta ecclesie possumus firmiter te-
nere: quod fuerit in numero horum homi-
num: quia quam helya querunt transire ex
hac vita et vale miserie ituri ad illam
ubi est omne bonum: christus qui est benedictus in
secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.

xxviii.

Estote parati

Mat. xxiii. Vel Levi.
xii. Desideras misericors
deus continue salutem nostram: et videns
quod nunquam cogitamus de morte: et non
cogitando non facimus aliquam pre-
parationem nec aliquod bonum re-
colit nobis in presentiarum nostram
salutem. Si. the. preassumptum.
Estote etc. Discurrens sacram scri-
pturam inuestigansque per illam inue-
nio. quod quilibet debet stare prepara-
tus expectando mortem propter tria.
¶ Primum est tempus mortis incertitudo
¶ Secundum est loci mortis incognitio
¶ Tertio est modi mortis ignoratio
¶ Prima ergo causa: quare debemus sta-
re parati: est incertitudo temporis mor-
tis. Est enim mors incerta quantum
ad tempus. Non enim vel fuit unquam
aliquis in hoc mundo tam iustus
aut sanctus qui sue potuerit certe
scire terminum vite: nisi per revelatio-
nez diuinam: aut in qua etate debeat
mori vel infantia. vel pueritia vel iu-
uente. vel in senectute. vel in estate:

Vulgarizandi

vel in hyeme. Et hoc est quod dicit Job. xxxij. Nescio quid diu subsistam. et si post modicum tollat me factor meus. et per hoc Christus ammonerat discipulos suos. d. Mat. xxv. Vigilate: quia nescitis diem neque horam. Et ratio est quare est ita occultum homini tempus vite sue: et mortis. secundum Augustinum. Ut homo semper dubitatio de morte semper inueniat paratus in hac vita ad mortem. Unde dicit in quodam epistola. Nescis quae hora mors veniat. semper vigila. ut quando venerit paratum te inueniat. Latet vltimus dies. ut obfuerit omnes dies. Sero paratur remedia quando mortis imminet pericula. Item super psalmum ci. Ne desperatione homines perirent. promissit Christus portum indulgentie. Et ne in ea spe venire perirent: scilicet diem mortis incertum. Prudentissime utrumque constituit: et reuertentes quo rapiunt: et differetes quo terreant. Ergo iam bene vive. Cras inquis bene vivam. Indulgentiam tibi deus promissit crastinum diem nemo tibi promissit. Si heri male vixisti: bene iam vive hodie. Stulte hac nocte auferet a te anima tua. non dico quae parasti cui erunt. sed scilicet scilicet quod vixisti ubi eris. Et hoc ipsum dicit de pe. di. vij. c. si quis positus etc. Quando igitur tempus mortis incertum sit: omni hora estote parati. Secunda causa quare quilibet persona debet stare parata est loci mortis incognitio. Unde dicit puer. x. Nesciunt homines ubi corruant. nesciunt enim an debeant mori in terra: an in mari: in domo: vel in agro vel in ciuitate etc. Et hoc non fecit ob aliam causam eternus deus: nisi ut homo cognoscat suam virtutem: suam potentiam suum brachium est ubique. et cognoscendo. ubique eum timeat. Unde de seipso dicit psalmus. cxxxvij. Quo ibo a spiritu tuo etc. Usque dextera tua. Postquam igitur locus mortis nostre est usque incertus: de-

beamus facere sicut ille qui perdit aliquam rem: qui est certus quod res perdata est in aliquo loco: et tamen quia nescit: quos sit ille locus: quirit in omni loco. Sic et nos: quia nescimus locum mortis nostre: debemus in omni loco esse parati: expectando ipsam. Et hoc est quod dicit Seneca ad Lucillum. Incertum est quo loco mors te expectet: tu vero eam in omni loco expecta. Et. S. in meditationibus. Certum est quod morieris incertum est quo: aut quando: aut ubi: quoniam ubique mors te expectet. Tu quoque si sapiens es: eam ubique expectabis. Estote ergo parati. Tercia causa quare debet quilibet esse paratus. est mortis incognitio. De hac causa loquitur Eccle. ix. Nescit finem suum homo: sicut pisces capiuntur hamo: et aves laqueo. sic capiuntur homines in tempore malo. nescit enim si morietur in gratia vel in peccato si diues: vel pauper: sanus: an infirmus etc. nec enim scit homo quando erit eius finis quoniam alij comburunt: alij suspendunt: nonnulli decapiant. alij suffocant. alij fame occubunt. et siti. quidam in carceribus. quidam ferro. quidam peste. quidam gelu. quidam estu. Et hominibus similibus. Unus autem Prospero Ferro. peste. fame. viculis. algor. calore. ad ille modis miseris mors rapit unum viros. Et sic varij sunt euentus. et modi mortis. et ignoti fines. Et ratio huius incertitudinis est: ut homo cognoscat ipsum deum esse dominum mortis. Videmus enim quod aliquis habet dominum alicuius rei. vult ea re: vult. Exemplum si quis habet unum equum vteretur eo quous liberet. aliquando equitando. aliquando portando ligna hominibus. Sic et eternus deus. quous sit dominus mortis. vultur pluribus: ac varijs modis mortis. Quod aperte ostendit in suis martyribus: sicut recitat apostolus. Hebr. xj. Elij. aures distenti sunt non suspicientes redemptionem

Sermones funebres

vt meliore iueniret resurrectione. Ziliij vero ludibria experti: insup & vincula & carceres. Lapidati sunt sauciati sunt in occisione gladij mortui sunt &c. Quapp estote parati vt cu venerit dominus. i. ipsa mora: que ad nutus domini venit. & pulsauerit ianuam cordis vestri cofestis aperiat eam & sine timore ipenitentie. Que fuerunt vba assumpta. Pefando & eni ptinue amicus & carissimus nr. N. hac incertitudine mortis quantum ad tps: locu & modu: sicut homo sapiens & prudens studu ut continue pro posse suo stare paratus meditationibus. virtutibus & bonis opibus suis. Hic narrat vitaz. & fines suu. & in fine suo se munuit armis fidei: cōtritionis. cōionis ac alioꝝ sacramētoꝝ ecclesie: vt securus abiret. Quāobrez credere possumus. qd sit in vita eterna: & fruatur nuptijs spiritualibus cu illis virginibus. de qbus dr Ath. xxv. Que parate erat intrauerunt cu eo ad. N. velim⁹ & nos carissimi cōtinue stare parati. vt mereamur gustare de illis nuptijs vite eterne amen.

Sermo. xxix.

Melior est dies mortis die natiuitatis. Eccle. vii. istud verbu qd proposui est sapientis Salomonis. qd dic. qd melior est dies mortis die natiuitatis & tamen oēs gaudet in natiuitate: & doler in morte. Unde h vbu vr mirabile. & qsi incredibile. & tamen i veritate e ita vt dic salomon. ois sapia data est ei a deo & no ab hoie ita q eius sapientia nunq errauerit. si. n. dixero tibi q nix sit alba. & carbo ignis niger istud approbatione no indiget: qz oculus hoc pbat: & iudi

cat. Itē si dixero tibi. q mel sit dulce: & fel amax. h silr no oz pbare: qz gustus hoc pbat. Sz qdo dico tibi q melior e dies mortis. d. n. no credis mihi: qz naturl oēs fugiūt mortez: & qruunt vitā. Et tamen h probō & probō sic. Melior e finis. q ea q sūt ad fines. i. melior e res finita pfecta q illa q debet pfi. vt ait Salomon. Melior est finis orōnis: q pncipiū. & et fm phbz ij. physicoꝝ. vbi gr̄a. Melior e colligere. seu metere. q seminare: qz seminam⁹ adhuc finē: vt colligamus. Et huius. Sumr e de morte & natiuitate hominis. No eniz nascit⁹ vt mercatur bonū: siue malū: penā vel gloriam. Hoc aut homo in morte recipit siue bonū: siue malū hz illud Apost. xiiij. Opa. n. illoꝝ. s. i. igit pz q melior e. d. n. n. Et h. q sit vez demōstratur per triplicem rationem.

¶ Primo propter conditionis hominis incertitudinem.

¶ Secundo propter multorum piculorum ereptionem.

¶ Tertio propter eterne beatitudinis adeptionem.

¶ Dico primo. q melior est mors q natiuitas. pp incertitudinez pditionis humane. Qd sic pz. Naz in natiuitate hois. nescitur qlis debeat eē hō: sed i morte scit qualis fuerit. Itō dr. Eccle. ij. Ne laudaueris hoies in vita sua. Si ergo non debes laudare: vel magnificare hominez: nisi post mortez eius. ergo similiter no debes gaudere pfecte de natiuitate eius vel vita vel de aliquo statu eius. sed solum post mortem eius debes gaudere. Videmus eni q natura prudens quadiu habet merces suas in mari: nunq gaudet nec securus existit: qz semp veretur

Vulgarizandi

ne fortuna repentina irruat: et omnia bona et etiam seipsum demergat. Sic est de nobis quandiu sumus in hoc ergastulo carnis subiecti sumus multis pcellis: et tentationibus. Et ideo non debemus gaudere. Unde Lactantius. li. iij. de institutis. sic ad propositum ait. Hec autem vita presens beatam esse non potest: quia malis subiecta est pro corpore. Sed quando persona moritur: ad portum perducitur: et ad finem desideratum attingit. Exemplum habemus in fructibus. Nam fructus qui nascuntur in testa: ut nucis amigdalae et cetera. quandiu sunt in testa: non possunt laudari vel vituperari: quia nescitur quales sint intus boni: an mali: sed postquam fit signum bonitatis: tamen aliquando vermis est intus corrodens eos: et sic decipiunt multos. Sic quandiu homo est in testa corporis non potest laudari: neque vituperari quia nescit quandiu viuat: qualis sit intus. Quod bene post mortem qualis fuerit scitur. Et ideo melior est et cetera. **T**ercio dico: quod melior est et cetera. Propter euersionem multorum periculorum. Est enim dies natiuitatis hominis: ingressus ad omnes miseras et ad omnia pericula huius mundi. Dies autem mortis est egressus ab omnibus illis. Quanta sint pericula miserie: calamitates: angustie: et mala huius mundi: quis sufficeret enarrare. Certe nullus. Et quia quando homo moritur ab omnibus huiusmodi malis liberatur: ideo potius gaudendum est de morte quam dolendum. Unde Augustinus. li. soliloquiorum. Quandiu mihi iactabor in fluctibus mortalitas clamans ad te domine et non exaudies. Audi domine clamorem meum de hoc mari magno: et educ me ad portum felicitatis eterne. Felices qui de periculo huius maris educti ad te domine portum tutissimi

peruenire potuerunt. **O** vere felices qui de pelago ad litus de exilio ad patriam: de carcere ad palatium peruenire meruerunt. **O** vere beati qui omnium malorum exuti sarcina: securitatis de sua inmarcessibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerunt. hec ille. **M**elior ergo est dies et cetera.

Tercio dico quod melior est et cetera. Propter acquisitionem eterne beatitudinis. Quia. n. eterna beatitudo non possit haberi: nisi morte mediante: ideo mors non est fugienda: sed amplectenda: et desideranda quemadmodum faciebat Apostolus. phil. xij. d. Lupio dissolui et cetera. Hinc et Seneca: Stultissimum est timere: quod non possis vitare. Et ideo indubitanter firmam fidem nostram: omnis qui bene moritur: ad celum vadit cum christo ad regnum impetratum. Figura huius habet. i. Machabaei. i. Ubi dicitur: quod pueri Alexandri regis magni: imposuerunt sibi omnes diademata post mortem: et filiorum post eos. Ex hoc enim datur intelligi: quod homo filius regis eterne non potest coronari: nisi per mortem. Et quia iste amicus noster. N. qui nuper defunctus est: ut bene nostis: bene et virtuose vixit. et bene mortuus est: indubitanter credere debemus. quia anima eius in pace quiescit. et viuit cum christo in gloria. **A**d quam et cetera. **S**ermo. xxx.

O Eni in hortum meum
sponsa. Cantico. ii.
Quia omnis artifex opus
suum firmet et stabilitat: ut per experientiam: mirabile profecto videtur quomodo deus sit perfectum agens: quod creaturam suam: quam fecit nobilissimam. scilicet naturam humanam sic deficere et mori permittat. Et de hoc forte apud multos est admiratio grandis. **A**d

Sermones funebres

hoc dicendum est. qd deus hoc permittit euenire ex diuina prouidentia: Reperio eniz qd diuina prouidentia permittit hoies mori & deficere. Triplici ratione.

¶ Primo propter tranquillitatē.

¶ Secundo propter felicitatem.

¶ Tertio propter facietatem.

¶ Dico primo qd deus pmittit hominē deficere & mori pp tranquillitatem: qz p mortē ducimur ad perfectam tranquillitatem. Dicit. n. Job vij. Militia est vita hominis sup terrā. Et bene. Nā continue sumus in assidua pugna: & impugnamur. Sunt eniz in homine quatuor: qualitates que nunquam cessant impugnare hominē. Humidum pugnat ptra siccum calidus cōtra frigidū. & e contrario. Et qd do vnū istoz superatur ab altero corrūpit: & gnat mors corporalis vt dicunt Medici. Impugnamur. ij. a sensibus: qz mors intrat per fenestras. s. per sensus nostros impugnamur. Ab exterioribus: qz a vaporibus corp^o inficit. a delectationib^o decipimur. a demonibus seducimur. Nā dicit Apo. ephe. 6. Nō est vobis colluctatio & pugna aduersus carnē & sanguinē tm̄. s. aduersus mūdi rectores & pncipes tenebrarū harū. i. demones. Vñ B. mūdus caro d̄mōis. d. m. p. s. p mortē ab his oib^o libere mur. iux ill^o ps. 42. saluasti. n. nos d̄ affligentibus nos & odiētes nos pfudisti: & p^o ad pfectā trāqllitatem ducimur. vt d̄ Thobie. 3. Post tē pestatē trāqllū facis. Et ps. xlij. In pace in idipsum & alibi. ps. 75. In pace fact^o ē loc^o eius. Probat eniz hec p̄ma conclusio. & alia rōne. Dicit enī ph̄s p̄mo ph̄oz qd nulla res potest getari nisi in pprio loco. Exem

plū. Nauis nō pōt getari nisi i portu & sagitta nisi i signo: & graua nisi deo: sur: & leuia nisi sursū. Bonū & n. nō pōt qescere i alio: nisi i deo ltra sūas Aug. Fecisti nos dñe & i quietū est cor n̄m. donec reuertat^r ad te. Et rō qre res extra ppuz locū nō qescit. & qz corrūpit & putrescit. In pprio aut loco p̄seruat. Ex emplū de aq̄ in tōre: & plāta in terra & de pisce in aq̄ & hmōi. Si. n. plāta euellat cito arefcit. Et rō ē s. ph̄m. p̄mo ph̄oz qz loc^o ē p̄seruatiuus locati. Jō sapiēs medic^o mittit ifirmos ad locū: vbi fuerāt oriū di. Quū igit nos sim^o subiecit multis ifirmitatibus. p̄ qd nō sum^o in pprio loco: qz vt dictū ē loc^o ē p̄. l. Loc^o aut n̄ ē in celo: vbi nulla erit corruptō nulla ifirmitas. Ad celus vō nō possum^o puēre: nisi p mortē. Ergo diuina prouidentia dimittit hoies mori: vt puēiat ad celū. vbi ē imēsa trāqllitas. ¶ Scda rō deus qre &c. Est qz p mortē ducimur ad supnas felicitatē. Quousqz. n. i h̄ mūdo sumus pegrini sum^o vt d̄ Apo. heb. 13. Nō hēm^o hic manētē ciuitatē s. futurā iqm^o. Jō scūs ille ppheta David ad hāc patriā venire desiderabat: cogitās suā pegrinationē dicebat ps. 119. Mi mibi qz incolatus m. p. e. Ab hac. n. pegrinatiōe solū p mortem liberamur. Si vō in grā morimur pducimur ad illā felicitatē supnā. Exēplū de lazaro: vt d̄ lu. ce. 16. Factū ē vt moreret medicus & portaret ab āgelis i sinū abrae. i. ad eternā felicitatē: & gloriā. Itē ex emplū de b̄to Dnico. Qui scīssima aia: immediate post mortē visa est deferri ab angelis i celū p scalas cādidissimas: & i sūmitate scalarū xps & brā vgo eū gratiose expectantes &

Vulgarizandi

Felicitatē ppenniā ei pferētes. **T**er-
tia rō: q̄r de p̄mittit hoīez mori ē pp
sacietatē. ab quā nos pducatur. Quis
enī artifex sapiēs faceret vas aliq̄d
q̄d nō potet vel deberet impleri. Ler-
te nullus sic deus quū creauerit ani-
mā humanā tāte capacitatis et vī-
tis q̄ potet dēū in se recipe: et deus
potet in ea habitare: vt dic̄ p̄pheta.
Eliā iusti. sedes ē dei: q̄ d̄ nulla crea-
tura pot̄ impleri: credis ip̄m hāc fru-
stra et stulte fecisse. Lerte nō. s̄ vt d̄
ip̄so deo impleatur. Solus. n. deus
aīaz nostrā pot̄ satiar̄ et implere: vt
dic̄ Aug. animā hoīs capacē visio-
nis diuine: n̄hū pot̄ implere preter
deū. Quū igit̄ nullū sit in natura q̄d
possit aīaz satiare: q̄r q̄to plus h̄z:
tāto plus desiderat vt ipsa veritas
dic̄. Jo. 4. Qui biberit ex aqua hac
siet̄ itez. Ad diuināz ergo p̄uiden-
tiā p̄tinet eaz implere bonis eternis.
S̄ ad talia bona nō possumus per-
uenire: nisi p̄ mortē. Ergo o anima
xp̄iana non miseris si deus p̄mittit
nos mori corporaliter: q̄r hoc facit
vt ad eternā vitāz nos pducatur. Nō
ergo debem̄ dolere de morte caris-
simi n̄ri. N. q̄r ex hac militia ad trā-
q̄litatez eternāz: ex hac p̄grinatione
ad beatā patriam. Et demuz ex hac
inopia ad sacietatem desiderabilē.
A primo ergo ad vltimū vocat op-
potens deus animā ad eterna gau-
dia dicēs. Veni in hortū meum so-
ror mea sp̄osa. Ad quē et nos voca-
re dignet̄ qui viuī.

Sermo. xxxj.

Quoniam melior est dies
mortis die natiuitatis.
Eccle. vij. Istud ē vald̄
mirabile. q̄ sapiens in v̄bis p̄posi-
tus ait: q̄ sit melior dies mortis q̄

natiuitatis: quum mors: vt d̄. ij.
Eth̄y. sit vltimū terribiliū: et oēs eaz
detestant̄. et fugiūt et tamē dic̄ Salo-
mon q̄ melior est dies et c. quā nati-
uitatez oēs optāt. S̄ si bene aspici-
mus v̄ba p̄posita habēt veritatem.
Que probatur triplici ratione.

Primo propter apparentiam
diuine claritatis.

Secundo propter beatitudinez
humane felicitatis.

Tertio propter confidentiam p̄-
fecte securitatis.

Dico p̄mo q̄ ē melior mors die
natiuitatis: p̄pter apparentiam di-
uine claritatis. Quia mors sequitur
claritatez. claritas beatitudinem.
beatitudo felicitatez: et felicitas se-
curitatez. Ex h̄ ḡ probat̄: q̄ mors ē
optima: q̄r id ē bonū q̄d fac̄ bonū:
s̄ mors fac̄ bonū q̄r fac̄ videt̄ deū:
q̄ ē optimus: et melior oībus bonis.
et in cuius visione solū regescit ap-
petitus humanus: q̄r q̄ videt̄ deū
recipit se deum: q̄r res visa recipi-
tur intus a vidente. sicut lux reci-
piuntur ab oculo secundum suāz esse-
ntiaz. Dicit enī ph̄s. libro de sen-
su et sensato. q̄ nos videmus intus
susipientes. Unde qui videt̄ deū
videt̄ omne bonum iuxta illud.
Ostendā tibi oē bonū. Et ideo in
hoc solum appetitus satiatur: et ge-
tatur: quia nō potest plus appetere
sicut nec visus corporalis pot̄ cla-
rius videre: q̄ lumen lucis. Et hoc
quod querebat philippus. d. Dñe
ostēde. n. p. et c. n. quasi diceret q̄-
quid aliud daret nō sufficeret. Et
pp̄ vitāz impedimur ab ista visioe:
q̄r ait deus moysi. Non videbit me
hō et viuet. S̄ q̄s potet dicere: q̄
aliqui videntes deū vixerūt p̄ cō-
tiam: sicut Adoyles: et Paulus.

Sermones funebres

Rñdet tho. p̄ma p. q. xij. ar. xij. dī
cēs. q̄ sicut deus miraculose ⁊ su-
per naturalr̄ q̄c̄q̄ opaf̄ reb̄ corpo-
reis. ita ē sup̄naturalr̄ ⁊ p̄ter cōez
ordinē mētez aliquoz in hac carne
viuētū. s̄z nō sensib̄ carnis vtētūz
vsq̄ ad visionē sue essētie eleuauit
iuxta Aug. Iniam. Nemo sp̄cētiaz
deū pōt videre. nisi ab hac vita q̄-
dāmodo moriat̄. ē oīno exiēs d̄ cor-
pore siue alienat̄ a sensib̄ corpis.
vñ ps. cxlj. Educ. d. c. a. meā. ¶ Se-
cūdo pp̄ beatitudinē humane feli-
citat̄. Melior est mors q̄ natiui-
tas. qz viuētes vita mortalī nō p̄nt
ēē felices. s̄z qdā errātes in diuersis
reb̄ posuerūt felicitatē. sicut in di-
uitijs in pecunia ⁊ similib̄ qz secū-
dūz opinionez talīz. beatus est q̄
h̄z q̄c̄q̄ vult. Itē qdā posuerūt in
honorib̄. qdā in voluptati b̄ qdāz
in diuitijs que oēs op̄iones sunt fal-
se. In diuitijs nō pōt ēē felicitas.
qz ⁊ si per eas possunt haberi bona
corpalia. nō tñ sp̄alia. Itē nō cōsi-
stit in honorib̄. qz felicitas p̄sistit ī
felice tanq̄ summū bonū ip̄i. S̄z
honor magis cōsistit in honorante
q̄ in honorato. vt ait ph̄s. j. ethy.
lectiōe. s. c. s. Item nec in volupta-
tibus nec in alijs bonis corpis. q̄
p̄m bona corporis hō a multis afa-
libus sup̄af. puta ab elephante in
diurnitate a leone in fortitudine
ab aquilla in visu. ergo in hac vita
nullus potest esse beatus. qz in nul-
la re temporalī consistit felicitas. s̄z
tantum in visione diuina. iuxta il-
lud. Jo. xvij. Nec est vita eterna vt
cognoscāt te verum deum. Sed ad
hanc visionē in qua consistit beati-
tudo siue vita eterna. nō possumus
p̄uenire. nisi per mortē. ⁊ sic mors
est melior vita. qz per eam cōsequi-

mur vitā beatā q̄ nō facimus per
vitam temporalem. quātūz ad ac-
tum ⁊ c. ergo melior. ¶ Tertio pp̄
p̄fidentiam perfecte securitatis. s̄z
enī in hac vita possumus affluere
multis bōis tamē in possessiōe eo-
rum non sum̄ securi. ⁊ hoc p̄z q̄tū
ad sp̄alia bona ⁊ temporalia. De
temporalib̄ bonis apparet ad ocu-
lum. Nam diuitie. voluptates hono-
res. semp nō possident ab hoīe. im-
mo q̄ h̄z hodie oportet ea dimitte-
re. vel in vita vt multi faciunt. vel
in morte saltez. ⁊ quādo credūt in
eis delectari. tūc eis subtrahuntur.
Exemplūz luce. xij. de illo qui dice-
bat anime sue. Quia mea hēs multa
bona ⁊ c. De sp̄alibus bonis etiaz
patet. qz nemo dūz viuit est secur̄
de sua salute. Nota hoc exēplum q̄
cignus quādo vult mori cātat. Leo
vero. qz vixit de rapina plorat. Sic
iusti qui simpliciter ⁊ innocenter
vixerunt gaudent de morte. qz va-
dunt ad premium bonoz. S̄z ma-
li qui male vixerunt plorant. quia
currunt ad supplicium damnatoz
sicut ipse saluator ait. Ibunt hi. s.
mali in suppliciu eternū. iusti au-
tem in vitam eternam.

¶ Sermo. xxxij.

QUAPRO DISSOLUI. ⁊ cē
cus Christo.
Phi. primo. quum op̄
nature nō sit opus itelli-
gentie: ideo semp est rectūz: ⁊ semp
tendit ad illud q̄ est bonum: nisi
ex defectu alicuius impediāt p̄n-
cipij. Et ideo homo: qui est opus
nature: ⁊ habet perfecte operatio-
nem intelligibile: non appetit mor-
tem: eo q̄ mors habet destruere.
solum unam theologicam que est ista.
Natura nostra corruptibilis per tale
modum ordinata est disposita et com-
posita quod est necessarium quod aliqua li-
te veniat ad corruptionem et nos omnes
similiter veniamus ad mortem. Adve-
mento quia cinis es et in cinerem re-
uerteris. Gen. iij. Et pro aliquibus de-
claracionem huius deberis notare
quod sunt aliquae creature que secun-
dum suam naturam non sunt corrupti-
biles nec in toto nec in parte sicut sunt
celi. Sol. Luna. Stelle et si tu repe-
ris aliquando in sacra scriptura al-
chuno parlare quod dicat oppositum. scilicet
quod celi et stelle sunt corruptibiles si-
cut in ps. c. Opera manuum tuarum sunt
celi ipsi peribunt tu autem permanes
etc. De stellis autem sicut habes in
Apoca. vi. stelle cadent de celo sicut
ficus mittit grossos suos debes in-
telligere de corruptione que est sine
qualitatem et non secundum substan-
tiam. quia celum secundum substantiam est

Vulgarizandi

ingenerabile et incorruptibile et inalterabile: et inaugmentabile sicut probat philosophus in lib. j. de celo et mundo. nec potest recipere peregrinas impressiones ibidem. Celum est elongatum a contrariis ibidem. Et propter hoc ipse ibidem dicit. Celus est locus deputatus omnipotenti deo. Et in eodem lib. dicit quod est locus spiritus et dei. Et recordat cum propheta David dicente Celum celi domino terram autem dedit etc. Ista igitur corpora celestia non sunt corruptibilia nec in toto nec in parte. Sunt autem aliquae alie res que sunt corruptibiles: et in toto: et in parte: et iste sunt omnes compositae infra hominem sicut est aurum argentum plumbum et huiusmodi: et omnes res: siue vegetales sicut sunt radices plateae et arbores et omnes res sensibiles sicut sunt animalia bruta. Omnes iste res sunt corporales et in toto: et in parte. In toto quoniam leo mortuus non est amplius leo in toto nec in parte. Quoniam moriente leone sua anima amplius non vivit sed moritur simul cum corpore: sunt aliquae alie res que sunt corruptibiles in parte: sed non in toto: sicut sunt quatuor elementa. Elementa enim secundum philosophum sunt simul activa et passiva nam unum elementum corrumpit aliud. Verbi gratia. Ignis corrumpit aerem et aqua corrumpit ab aere: et tamen ignis corrumpendo aerem non corrumpit totum aerem: sed partes: sicut expresse dicit philosophus in lib. de celo et mundo. ca. 8. Et in primo methaphisicorum. Et ratio est prima: quia si ignis corrumpere totum aerem sequeretur unum magnum inconueniens in philosophia. scilicet quod locus ubi erat primo aer esset vacuus quod est contra philosophum. 4. physicorum. Et si diceret bene non posset repleti alio

elemento. ego dico quod est impossibile: quoniam dicit ipse Aristoteles in. 4. de celo et mundo. quod omnia elementa mouentur naturaliter ad sua loca: sicut ad suos fines et naturaliter quiescendo saluatur et conseruantur in ipsis locis. Quoniam in illo loco vacuo non posset esse aliquid aliud elementum: sicut in loco naturali: sed violenter et contra naturam. Si ergo elementa essent corruptibilia in toto sequeretur immediate unum illorum inconuenientium: vel quod ille locus elementi corrupti esset vacuus: vel esset repletus aliquo corpore perpetuo et violento: et nullum violentum est perpetuum. ij. de celo et mundo. Conclude ergo et dicet veram philosophiam quod quatuor elementa sunt corruptibilia in parte: et non in toto. Sunt aliquae alie res que sunt corruptibiles in toto: sed non in parte sicut est homo. In toto quidem: quia homo corruptus siue mortuus non est amplius homo. Oculus hominis mortui non est amplius oculus. Manus hominis mortui non est amplius manus nisi volumus loqui equiuocando eo modo quo dicimus. quod homo dicitur esse homo quod oculus marmoreus est oculus quod manus metalli est manus. dicit philosophus. ij. de anima. et in libro de morte et vita. Sed si volumus loqui proprie formaliter uniuoce: homo mortuus non est homo oculus hominis mortui non est oculus respondeat sic de alijs. Et quis homo sit corruptibilis in toto: tamen non est corruptibilis in parte. scilicet anima quia anima est una res incorruptibilis. Et quando recedit: a corpore recedit: sicut una res perpetua ab una re corruptibili. Separatur hoc ab hoc dicit philosophus in. iij. de anima: sicut perpetua a corruptibili. Conclude ergo: quod omnes naturaliter sunt

Sermones funebres

mortales propter corruptibiles naturas. Dēs ergo morimur. Postq̄ ergo oēs vniversaliter morimur.

Carissimi debemus niti viuere tali modo q̄ ad minus quando morimur moriamur bñ. Et qz n̄. N. visus est viuere virtuose. fm̄ q̄ mihi facta relatio a fide dignis: hic narra vitam z finem suum. Possum⁹ credere q̄ sit mortuus bene z moriendo bñ princeps sit factus glie vite eterne vbi viuit z triūphat. Amē.

¶ Sermo lūij.

Omnēs morimur. ij. Reg. xiiij. Quilibet homines esse necessario corruptibiles z mortales cuēs zc. Breuiter clare z sufficienter p̄batur in presentiarum tripliciter.

¶ Pr̄mo q̄tū ad p̄ncipiū ipsi⁹ hoīs.

¶ Secūdo quantum ad medium.

¶ Tertio quantum ad finem.

¶ Quantum p̄ncipiū p̄batur hoc p̄ncipiū z exordium humane generationis sicut est vobis manifestum fuit noster pater Adam qui essendo in statu innocentie per ordinationes z dispositiones diuinas erat immortalis erat incorruptibilis: z s̄l̄r nos fuisset in statu innocentie.

Sed recedendo ab isto statu mediante peccato effectus est mortalis. z p̄sequenter omnes nos effecti sumus peccatores: z p̄pter peccatum mortales. Et de hoc accipe vnā pulchraz auctoritatē ab aurelio Aug. speculo ecclesie militantis in. 13. de ciui. dei. c. 3. Fatendum p̄mo vsqz ibi tenere obnoxium: z tuba xp̄iāe fidei Paulus apo. scribendo ad ro. v. c. dicit. Sicut per vnū hoīem in hūc mundū peccatū intrauit: z p̄ pecca-

tū mors: ita z in oēs hoīes mors p̄trāsijt: in quo oēs peccauerunt. Tu potes petere z dicere. Tu mihi dices p̄tule q̄ pater noster Adam peccauit z peccando cecidit in mortem sum p̄tentus: sed q̄ culpaz habem⁹ nos si ip̄e peccauit. Respondit tibi apostolus. di. I. quos oēs peccauerūt qm̄ fm̄ magistrū in sedo. di. 30.

Dēs eramus in ipso Adā materia liter vel causalr z virtualr. Eēdo igit ip̄e Adā corruptus mediante peccato fuit necesse q̄ etiaz nos fuisset corrupti mediante peccato: z hoc videmus per experientiam q̄ quādo radix vnus arboris ē corrupta contaminata z maculata oēs rami qui p̄cedunt ab ipsa s̄l̄r sunt corrupti contaminati z maculati. Similiter eēdo vna radix in adā corrupta p̄pter peccatū: z per peccatum damnatus ad mortem fuit: necesse est q̄ omnes noe qui sumus rami hui⁹ radicis sumus corrupti: z p̄pter peccatū damnati ad mortem. Omnes ergo morimur. Quātum ad p̄mū. ¶ Secundo dico q̄ quilibet homo q̄tū ad medium. i. quantum ad suā vitam est necessario mortalis. z hoc probatur per vnā rōnez phisicaz subtilē z peregrinā. Cōter naturales philosophi ponūt duo mouimēta vnū circulare z rotundū: aliud rectum: z dicūt q̄ ista differentia est inter ista duo mouimēta: qm̄ motus circularis z rotundus nunq̄ venit ad finem nunq̄ quiescit in aliquo termino. s̄z semper est in continuo fluxu z p̄pterea omnes ille res que mouentur illo motu sunt incorruptibiles z perpetue sic sunt celi. Sed motus rectus de necessitate habet finem z quiescit in aliquo termino excepto si nō

Vulgarizandi

esset motus infinitus qui non reperitur. propter hoc omnia illa que sunt mobilia isto motu sunt corruptibilia instabilia et mortalia. Ad propositum vita cuiuslibet hominis non est aliud quam motus quidam rectus. Unde quia vita hominis est motus rectus necesse est quod aliqua vice quiescat in suo termino et veniat ad aliquem finem et sic quilibet homo venit ad mortes et corruptiones. Omnes ergo mor. etc. **¶** Ultimo dico quod etiam quantum ad finem suum quilibet homo est mortalis. Dicit princeps philosophorum Ari. primo ethicorum quod bonus est quod omnia appetunt omnes res mundi appetunt et desiderant eorum bonum. id est finem quia bonum et finis conuertuntur et habent naturales inclinationes ad ipsum. Videmus per experientiam quod lapis proiectus in aerem nunquam quiescit donec perveniat ad suum finem. id est ad centrum. Et cur illud: quia habet naturales inclinationes et quodammodo naturales appetitum ad ipsum centrum. Ad propositum nostrum finis hominis est deus. Unde homo nunquam habet quiescere: nunquam est contentus: usquequo non pervenit ad suum finem. Et ista est locutio nostri Aug. spe. ecclesie militantis in primo libro. confes. c. i. ubi dicit. Fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te. Sed hoc non potest consequi homo nisi deponat vitam corporalem et assumat vitam spirituales sicut est iustitia dei. Et quia hoc fit mediante morte: ideo omnes morimur. Et hec sunt verba coram vobis sumpta. Non debemus ergo mirari nec de nobis videri extraneus: carissimi si noster. N. migravit ex hac vita presenti: quoniam sicut vos

audistis erat necessarium quod ipse moreretur. Erat necessarium per respectum sui principii erat necessarium per respectum sui medii: et maxime erat necessarium per respectum sui finis. Unde non poterat pervenire ad suum finem qui est deus nisi hic dimittere vitam suam corporalem. Veniendo igitur in presentiam hic dimittam vitam suam corporalem propter adventum mortis: et essendo si sforzato de vivere virtuose in hoc mundo: hic narra vitam suam: virtutes et finem. Possumus ergo credere quod sit coniunctus cum christo suo fine et teneat eum: stricte amplexando et dicat. Inveni quem diligit anima mea te deum nec dimittam. can. iij. Velimus etiam nos vivere virtuose: ut possimus pervenire ad ultimum finem etc. Amen. **¶** Sermo lv.

Omnium tuum
mixtum est aqua. Isa. i.
Secundum doctrinam
sanctorum tria loca principalia inveniunt.
¶ Unus est in quo sunt omnia bona et nullum malum.
¶ Alius est in quo sunt omnia mala et nullum bonum.
¶ Alius est in quo sunt bona et mala simul mixta.
¶ Locus autem in quo sunt omnia bona et nullum malum est celum in quo est beatitudo que omnia bona comprehendit in se. Unde Boet. de consol. li. iij. psal. ij. Beatitudo est statim omnium bonorum aggregatione perfecta. Alius locus est in quo sunt omnia mala et nullum bonum. scilicet infernus de quo dicitur Job. x. Terra miserie et tenebrarum ubi horror inhabitat. Alius locus est in quo sunt bona et mala simul mixta. Et iste est mundus iste: de quo loco dicitur puer. 14. Risus dolorem misce

Sermones funebres

bitur. Et Boe. de cons. li. ij. psa. 4.
 Dis mundana felicitas multis amaritudinibus est respsa. Et hoc rationabile. Nam per hos medius participat naturam extremorum ut patet. Sed mundus iste est medius inter celum quod est supra nos in quo sunt solum bona et inter infernum quod est infra nos: in quo sunt solum mala. Ideo conueniens est quod in mundo sint bona et mala mixta. Sed que sunt plura bona aut mala: potest dici. Quod si loquimur de vna persona in speciali per aliqua habet plura bona quam mala et aliam plura mala quam bona. Exemplo illorum duorum philosophorum quorum vnum semper plorabat alter semper letus stabat. Habetis ergo quod quibus in hac vita habet bona mixta cum malis: ut quibus possit dicere verbum propositum vinum tuum mixtum etc. Ut per vinum intelligatur bonus et consolatio: quia habet letificare iuxta illud. Et vinum letificat cor hominis. Per aquam vero intelligatur tribulatio quae facit sicut aqua que infrigidat. De quibus psalmus. Saluum me fac deus: quoniam intraverunt aqua. vs. ad. a. m. Unum nullus habet in ista vita vinum suum purum. id est consolationem suam puram sine admixtione aque tribulationis ut patet de diuitibus potentibus habentibus filios etc. Uel est quod aliqui habent nimis de aqua sine vino. Sed debet consolari: quia deus facit sicut bona mater que non dat filio vinum purum: sed mixtum quia magis est sanum. Applicanda ad personam quamvis consolari: quomodo deus posuit in viro suo de aqua tribulationis que sic ei accidit: ut non inebrietur vino consolationis. Et ideo patienter sustinere debet etc. Exemplo beati pauli qui dixit loquens de seipso quod habuit multum de aqua tribulationis in vino sue consolationis. Cum infirmior fortior sum. etc.

Sermo.

lvi.

Nudus egressus sum
 tris mee nu. re. il. dñs.
 de. do. ab. sicut do. pla.
 ita. f. est sic no. domini be. Job. i.
 Secundum doctrinam sapientum
 vita cuiuslibet facti sunt: et est redu-
 cta ad memoriam ad magnum do-
 cumentis exemplum personarum mundi
 quia ex vita eorum instruimur quod face-
 re debemus. Veritatem est quod a di-
 uersis sanctis exempla diuersarum virtu-
 tum possumus accipere. Nam a beata virgi-
 ne possumus accipere exemplum maxime
 humilitatis proprie quod dicit. Ecce
 ancilla domini etc. A beata maria magda-
 lae et Joanne bap. exemplum maxime penitentie.
 ut patet a beato Joanne euangelista exem-
 plum maxime mundicie: et sic de alijs
 sed a beato Job singularem habemus exem-
 plum maxime patientie. Nam cum qua-
 dam die percuratore demonis fuisset
 sibi nunciatum quod omnia sua animalia erant
 sibi ablata que erant septem millia
 iuga bouum et quingente asine sicut omnes
 sui famuli fuissent mortui exceptis
 quibusdam paucis qui sibi ista nuncia-
 uerunt: et quod grauius est omnes filij qui
 erant. vij. et filie que erant tres mortue
 fuisset nunciatum est. Ipse autem omnia patientissime sustinuit: quod patet quia omnibus istis
 nunciatis protulit verba proposita. Nudus
 egressus etc. In quibus verbis tangit tres
 rationes propter quas nullus debet de amissio-
 ne temporalium contristari.
 Prima est quia hoc exigit reus perditio.
 Cum dicit. Nudus egressus sum.
 Secunda quia ista est diuina ope-
 ratio. Cum dicit dominus dedit dominus abstulit
 Tertia quia ista est diuina acce-
 ptatio. Cum dicitur sicut domino
 placuit ita factum est.

Vulgarizandi

Quantū ad primū sciendū q̄ nul-
lus d̄ de iure tristari si dedit illud
q̄ non est sibi naturale nec substan-
tiale: s̄ res t̄pales non sunt de sub-
stātia hoīs nec sunt sibi substantia-
lia. Immo accidentāl̄ adueniūt. Si n̄. ali-
quis p̄deret pedē aut manū multū
dolere p̄sser: q̄ ista sunt hoī natu-
ralia: z de substantia eius: sed non
sic est de parentibus z de rebus tē-
poralibus z mūdānis. Et ideo no-
stra naturalis p̄ditio exigit q̄ de eo-
rū amissione dolere non debemus.
Et hoc t̄git Job cū dicit. Nudus
egressus. s̄. zc. Quasi dicat signū est
q̄ ista nō sunt nobis naturalia nec
de substantia nostra: q̄ sine eis nati
sumus z sine eis in morte recede-
mus. Exēplū de pho biante: q̄d ci-
uitate exiēs z oīb̄ p̄ditis dixit se ni-
hil amissū: q̄ oīa mea mecū porto
Quantū ad sc̄d̄m sciendū q̄ q̄n
aliqua persona bona tēporalia per-
dit: potest aliquāliter contristari. s̄
de eo q̄ fit diuina operatiōe nō de-
bet persona contristari: q̄ deus est
dominus noster. De eo autē q̄ fa-
cit dominus seruus tristari nō d̄.
Deus autem est ille qui principaliter
aufert ab omnibus bona tēpo-
ralia z si homines aliquādo sunt cā:
hoc est permissione diuina. Ergo d̄
eo q̄ facit d̄s deus nullus tristari
debet: nec contra eum turbari nec
murmurare: q̄ hoc potest de iure:
q̄ oīa sua sūt. Et iō potest cui vult
dare z a quo vult auferre. Et hoc
notat cū d̄. Dominus dedit zc. vii.
de Hiero. ad Tirasū. Nihil abstu-
lit mihi q̄ dignatus est recipere pro-
priū. Propriū creditū suū recipere
deciuit creditores. Un̄ ex hac sc̄da.
p̄z q̄ non solū nō debemus dolere:
sed nec conqueri nec murmurare

Et declara per exemplū i personis
que si sapientes sunt non p̄querun-
tur quando ab eis concessa auferū-
tur. Et ideo q̄libet d̄ dicere illud
eccle. xij. Reuertat puluis in terrā
suā z spūs ad deū q̄ dedit illum.

Quantū ad terrā sciendū est q̄
amicorū vt dicit ille sapiens est idē
velle z idem nolle: q̄ amicorū oīa
sunt cōia. Ergo cū deus sit amicus
noster debem⁹ velle illud q̄ vult: z
nobis placere q̄ sibi placet. sed cer-
tum est q̄ hoc q̄ facit sibi pl̄z alias
non fecisset. Ergo z nobis d̄z place-
re. Unde dicit Seneca ad Lucillū.

Placet hoī q̄qd deo placet. Et iō
q̄libz volens b̄n̄ facere z timens er-
rare d̄z voluntatez suā diuine volū-
tati q̄tum potest conformare. Et
rō est q̄ volūtas diuina est regula
oīum nostrarū operationū z volun-
tatum: z nullus errat nisi inquātuz
ab illa regula recedit. Ergo illd̄ q̄d
deus vult debemus z nos velle. sed
certū est q̄ deus voluit hoc q̄ factū
est alias non fuisset factum: q̄ oīa
quecūqz voluit d̄s fecit. Et ideo d̄
hoc nullus d̄z tristari. imo magis
gaudere q̄ d̄z credere q̄ non vult
nisi bonū z vtile hoīb̄. s̄ istam vri-
litatez p̄sone nō videāt. Quia ita ē
de aduersitate sicut de medicina.

Qui licet videat amara: tamen est
utilis. Nam sapiens infirmus in re-
ceptione medicine amare gaudet p̄-
pter utilitatem quā inde sperat. Et
ideo dicit Hierony. in epistola qua-
dā. si nostros defunctos plangimus
quos itē resurrecturos speramus
qd faceremus si deus tm̄ prec̄ peret
mori: volūtas tm̄ eius nobis suffice-
ret ad solatiū nullū debemus prepo-
nere neqz affectū. z q̄ gaudiuz est
circa gratiarū actiones. iō de oībus

Sermones funebres

que nobis diuina permissione eueniunt sibi debemus gratiarum actiones referre et dicere iuxta beato Job. sit nomen .d.b. .zc.

¶ Sermo.

lvij.

Quod dicum plora super mortuum. Eccle. Queritur a doctoribus.

Utrum persona sapiens et virtuosa de aliqua aduersitate sibi adueniente debeat contristari in corde et illam tristitiam ostendere in opere. Ad istas questiones respondet sanctus Boc. Tho. super Job quod de hoc fuerunt antiquitus due opiniones apud philosophos. Una fuit quod in homine sapiente et virtuoso non cadit aliqua passio alicuius tristitie de amissione alicuius rei temporis: et si tristatur non est sapiens nec virtuosus: et isti fuerunt quidam philosophi vocati stoyci: quia stabant in portis et dabant se moribus. Et huius rationem assignant: quia dicunt quod bona temporalia non sunt bona hominis sed fortune. Adodo nullus sapiens nec virtuosus debet tristari de amissione eorum que non sunt sua. sed virtutes et scia sunt bona hominis. et ideo si ista perderet tristari debet. Alii philosophi fuerunt qui dixerunt quod virtuosus et sapiens bene potest et debet tristari de huiusmodi sed temperate: ita quod ratio non recedat a sua rectitudine. Et rationes huius assignant quod ut dicebant: homo habet duplicabilia bona. scilicet quedam bona principalia: et ista sunt bona anime que sunt virtutes et scie. Alia sunt bona instrumentalia: et ista sunt bona temporalia que instrumentaliter seruiunt virtutibus: quod nullus exercere potest actus virtutum nisi habeat temporalia sicut patet

de virtute liberalitatis: et ideo si homo perdit virtutes summe debet tristari: quod illa sunt bona eius principalia: sed si perdit temporalia tristari potest aliquoties: quod sunt bona eius aliquoties sed non multum: quod sunt bona instrumentalia solum. Et istius se opinionis sunt doctores et theologici. In cuius exemplum Job de amissione temporalium tristatus est: sed tamen a rectitudine rationis non recessit. Quod patet quod quia omnia temporalia et filios perdidit et in propria persona percussus fuisset dixit uxori sue: si bona suscepimus de manu domini. Mala autem quare non sustineamus. Quod fuit verbum temperate cholericis et non absorptum a ratione. Et ideo bene dicitur in verbo proposito cuiuslibet qui amisit aliquem propinquum vel amicum per mortem. Modicum plora super mortuum. In quo verbo duo tangit. Unum est quia fletus concedit ibi plora super mortuum. Secundo temperamentum imponit ibi modicum. ¶ Quantum ad primum sciendum quod non legitur in nouo nec in veteri testamento quod deus simpliciter prohibuerit ea que sunt naturalia immo concessit sicut de comestione et alijs. Adodo hoc est naturale quod quando aliquis de hac vita recedit quod parentes et amici tristantur pro sensualitatem et carnem que habent. Nam fletum in morte parentum non inuenit prohibuisse sed magis concessisse sicut patet de Abraam qui fleuit mortem uxoris: et sic de alijs multis sanctis legitur. Et ideo bene dicitur in verbo isto. Modicum plora super mortuum. Sed statim post istam confessionem ponit documentum seruandum in fletu. d. Modicum quasi dicat. Debet iste fletus esse temperatus. Et ratio huius potest esse duplex. Una est ex parte defuncti quod nihil habet perdesse potest nec

Vulgarizandi

q̄rū ad corpus nec q̄rū ad aiam.
Nō q̄rū ad corp⁹ qz p̄ fletū suscitari
nō pōt. Nec quārū ad aiaz: qz talis
fletus sibi nō prodest s; elemosyne
& talia bona sūt que sibi p̄sunt.

¶ Scda cā est qz nocet plorātib⁹
& dupliciter. s. quantū ad corpus &
quantū ad aiam. Quantū ad cor-
pus: qz extristitia desiccāt. Un̄ Sa-
lomon. Pro. xvij. Spūs tristis ex-
siccāt ossa. Et aliqñ ē accidit. Un̄
eccle. xxx. Multos occidit tristitia
& nulla utilitas in illa similiter no-
cet aīe qz persona peccat nimis cō-
tristando qz videt velle cōtra q̄ de-
us vult. Et ideo ille sapiens. Eccle.
xviiij. ex vnaquaqz parte hoc tāgēs
dicit. De pelle tristitiaz a te. Neqz
enī est conuersio & huic p̄deris ni-
hil & teipsuz consumabis. Et maxi-
me tūc d; p̄sona temperate tristari
q̄do illa p̄sona est mortua ordina-
te &c.

¶ Sermo. lviij.

Omnes isti con-
gregati sunt & venerunt
tibi. Isa. lx. Querit san-
ctus Tho. 2a 2e. que sunt remedia
ad tollendā tristitiā vel ad mitigan-
dā i hoīe tribulationē: & dicit q̄ sūt
multa. Et inter alia tāgitur vñū q̄
est visitatio amicorū. s. de illa tribu-
latione comparationez offendēdo. Et
rōnem huius assignat. ¶ Una est
qz vnuz contrariū h; expellere vel
ad minus mitigare aliud. Mōdo
gaudiū & tristitia sunt cōtraria. Et
ideo quādo gaudiū & delectatio in
corde alicuius imprimitur eius tri-
stia a corde repellit vel mitigatur.
Unde generale remedium est face-
re & dicere ea que inferunt gaudiū
& delectationem tribulationi. Mō-
do in te talia que ingerunt gaudiū

& declarationem cordi alicuius est
quando & experitur manifeste q̄
habet amicos plures. sed illi qui vi-
sitant amicos in tribulationibus
existens & eis compatiuntur osten-
dunt se esse veros amicos eorum:
quia vt dicit Seneca. Hoc enim bo-
nuz habet aduersitas. quia probat
amicos. Et ideo persona videns q̄
visitatur in suis tribulationibus a
multis gaudium habet & delecta-
tionem in corda & sic dolorem miti-
gat vel expellit. ¶ Secunda causa
est quia si aliquis onus graue sup-
se haberet: & conuenirent aliqui ad
eum qui partem illius oneris sibi
auferrent vel ad secum portanduz
humeros proprios submitterent il-
le multum alleuiaretur. Quando
persona ē tribulata habet super se
graue onus ad portandum. Visita-
tio autem amicorum comparatio-
ne ostendēdum nō est aliud q̄. ostē-
sio q̄ ip̄i volunt quantum in ipsis
est auferre illud onus ab eo vel ad-
minus secum portare. Et ideo est
magna aleuatio tristitie. Istud re-
medium verum habetis quia ami-
ci multi vos visitauerūt qui in hoc
ostendunt se esse veros amicos: qz
vos in aduersitate visitant & para-
tos se esse ostendunt ad auferendū
istud onus a vobis si possent vel ad-
minus ostendūt se paratos ad por-
tandum vobiscum. Et ideo habeo
magnam materiam ad consolā-
dum vos. Unde vere possum dice-
re vobis verba proposita. Omnes
isti cō. &c. In quibus tria ostendū-
tur primum est q̄ sunt multitudi-
ne numerorum secundum q̄ sunt
promptitudine copiosi sibi congre-
gati sunt. Tertium q̄ sunt rectitudi-
ne vigorosi venerunt tibi &c.

Sermones funebres

Sermo lix.

Rater q̄ adiu-
uatur a fratre quasi tur-
ris firma. Prouer. xv-
lij. Ad euentiā hui⁹ auct. potest
moueri vna pulchra questio quam
mouēt. d. ⁊ est questio talis. Utruz
aliqs possit bene viuere in hac vita
sine amicis. ⁊ determinant verita-
tem q̄ non. ⁊ rō huius assignatur.
Omnes morimur ⁊c. ij. Re. xiiij.
Nota q̄ persona non debet dolere
de parētib⁹ mortuis pp multas cas.
¶ Prima pp moriēdi necessitatē.
¶ Secunda propter reuocandi im-
possibilitatem.
¶ Tertia propter seruiētis maio-
rem facultatem.
¶ Quarta propter dei beneplaci-
tum ⁊ voluntatem.
¶ Quinta propter immortalis vi-
te adeptionem.
¶ Sexta propter miseriarum mū-
di euasione[m].
¶ Septima pp debiti solutionem.
¶ Hoc pz in quodā rege pagano ḡ
quo narrat. Aug. in lib. ḡ cura pro
mortuis q̄ cū dijs suis sanctificaret
nunciatū est ei q̄ fili⁹ suus viuens
obisset: ⁊ dicit q̄ non dereliquit sacra
que manibus gerebat nec lachry-
matus est nec suspirauit. sz ait. Se-
peliat. Ad emini. n. eū me genuisse
mortalem. ⁊ subdit Aug. q̄ diabo-
lus in iudicio corā xpo dicet. Ecce
hic auctor me⁹ cui nec resurrectio-
nem nec paradisu[m] promisit p mor-
te vnici nobilis ⁊ sapientis filij sa-
cra mea non reliquit nec fleuit. Tui
autem xpiani pro q̄bus ideo mor-
tu⁹ es vt mortez non timerent ⁊ es-
sent de resurrectiōe certi non soluz
lugent mortuos voce ⁊ habitu. sed

etiaz ad ecclesiaz procedentes con-
fundunt. ¶ Secdo ppter reuocandi
impossibilitatē. Cuius exemplū ha-
bemus in Dauid de quo h̄. ij. Re.
xij. q̄ qñ filius suus mortuus est re-
sumpsit coronā quā propter ifirmī-
tatē eius deposuerat. Et alia signa
regalia resumpsit ⁊ cū a suis maio-
ribus de hoc admirātib⁹ interro-
garet dixit. Ego ibo magis ad euz
q̄ ipse reuertat ad me. Sed cū ifir-
maret orabam flebam vt euz mihi
dominus restitueret sanitati: ⁊ de
hoc loq̄t verbū ppositū frater ⁊c.
¶ Tertio ppter seruiētis maiorē
facultatem. Nam parentes ⁊ ami-
ci multotiens impediūt me deo ser-
uiat: qz inimici hominis domestici
eius. Math. x. Exemplū de sancta
Melania de qua dicit Hiero. i. epi-
stola ad Paulinaz consolatoria de
morte Blesille. Sacra inquit Me-
lania nostri temporis inter xpianos
natura nobilis calente adhuc viri
corpuscule nec dum humato duos
filios simul perdidit sum dicturus
incredibile: sed xpo teste: non soluz
lachryme gutta defluxit: quia stetit
immobilis. ⁊ ad pedes xpi aduolu-
ta quasi ipsuz teneret arrisit. Expe-
ditius inquit seruitura suz tibi do-
mine: qz me tanto onere liberasti.
vnde Aug. super gē. ad litteram.
Amicabili quadam beniuolentia
plurimum fit: vt offendatur deus
nec offendatur proximus.
¶ Quarto propter diuine beneplacitū
⁊ voluntatem. Nec sola si alia non
esset deberet esse sufficiens. Huius
exemplū habemus i curio optimo
de quo Aug. lib. de ci. dei dicit. Lu-
rius armatus equo in abruptū ter-
re hyatum precipitem se dedit: qz
iusserant sic dii. vt illuc que Romā

Vulgarizandi

haberēt mitterent. Si igitur paganus nullā spem hinc de rōne mortis se dedit: quā dicit hoc iusserant quāto magis xpianus non deberet de sua vel aliorū morte dolere quādo scit hoc deū velle. Unde Hiero. Resurgere credimus et plangimus quod faciendum si mori te preciperet deus. Voluntas ei sola utique sufficeret ad solatiū cui nullus debemus preponere affectus. Unde Cassio. Tortū habet cor quicquid vult quod deus non vult. et e contrario. Quinto propter immortalis vite adeptionem. Huius exemplum habemus in Roberto pho de quo recitat Aug. li. de ciui. dei sic dicens. Robertus lecto. Platonis li. v. de aie immortalitate disputauit: se precipitez dedit de muro: ut de hac vita migraret ad eam quod credit esse meliorem. Si igitur homo paganus tantam fidem dedit dictis alterius pagani: quāto magis christiani per deum suum certificati non deberent de sua vel suorum morte dolere ut ad beatam vitam possent attingere. Sexto propter miseriarum mundi euasione. Huius exemplum habemus in multis gentilibus et paganis de quibus dicit Solinus quod apud plurimos luctuosa sunt puerperia et leta sunt funera. Consuetudo enim est apud eos quod quādo puer nascitur parentes et amici congregantur et faciunt magnū plācium ex eo quod in hunc mundum venit passurus multitudinez miseriarum. Aliubi etiam: ut in India: est consuetudo ut dicit Hieronymus quod mulieres cum suis maritis faciunt se sepe liri. Ad alit. n. cum viro morte subire quā post ipsum in luctu et statu miserie remanere. Septimo propter debiti solutionem. Tenemur enim

deo soluere debitum mortis. et ideo nullus dolere debet si soluit quod debet. Exemplum de tribus episcopis de quorum morte recitat Lyprianus de alijs duobus recitat Grego. Unus namque nullo modo volebat hoc debitum mortis exsoluere. Cui apparuit angelus dum infirmaretur et cum indignatione dixit. Pati times exire non vis. Quid faciā tibi. Et sic ab eo recessit. Alius volebat soluere sed non debebat. si vero debebat statim volebat. Unde infirmatus dixit si unquam bene. si aliquando quare non modo. Tertius ponebat hoc in voluntate creatoris paratum remanere quantum vellet: et soluere quādo vellet et iste dicitur fuisse. Et Ambrosius. Unde infirmatus dixit cum in extremis laboraret rogatus fuit ut impetraret a domino prolongationem vite ait. Non sic vixi ut me pigeat iterum vivere. Nec mori timeo quoniam bonum habemus deum. Sic si dicat. si deo placet quod adhuc vitam possis vivere sine meo rubore. Si placet deo quod moriar potum mori sine timore. Quāuis autem propter predictas causas et multas alias non debeamus contristari de morte parentum. piū tamen est parentes mortuos modicum lugere: quia sic dicit Ber. Plaga recēs dolore non caret. Propter hoc et postea ad Thim. iij. non prohibet simpliciter contristari: sed dicit non contristemini sicut ceteri qui spem non habent. sed de resurrectione. Prohibet igitur tristitia nimiam rationem perturbantes et in desperationem deducentem. Ecclesi. xxiij. Modicum plora super mortu. requiescit anima illius. Ex quo patet quod illi quorum anime vadunt ad quietem non sunt plorandi sed illi

Sermones funebres

qui moriuntur in peccatis. Un̄ Hieronim. in epistola ad Paulinam de morte Blesille dicit. Quis mortuus sit lugendus dico quē gebeena suscipit quē tartarus deuorat in cuius pena ignis eternus estuat. Nos aut̄ quorum exitū angeloz turba p̄mittatur: quibus obuiam x̄ps occurrit. grauemur magis si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus q̄ quādiu hic moramur p̄grinamur a domino. Ideo etc. Amen.

¶ Sermo.

lx.

Memor esto iudicii mei: sic erit et tuum heri mihi et tibi hodie.

Eccle. xxxviiij. De^{us} p̄cipies nos saluari qui vult oēs saluos fieri vt dicit Ap̄ost. et in tribulationibus p̄solari per scripturā sacra loquit nobis aliquādo in p̄sona mortuoz vt p̄ oēs m̄r̄bos nos in n̄ris tribulationib⁹ con̄solat̄ sed q̄ multe p̄sone que sūt hic tribulate sūt de morte huius p̄sonenō in p̄sona eius volēs cōsolari eis loquit̄ dicēs verba p̄posita. Memor etc. In q̄b⁹ v̄bis ad parētū suorū p̄solationes et oīa in hic existentiū instructiones tanguntur tria.

¶ Primo premitur admonitiōe fructuosam. d. Memor.

¶ Secunde subiungit rationē virtuosam ibi: sic erit et tuum.

¶ Tertio ponit expositionē preciosam ibi. heri mihi etc.

¶ Quantuz ad primū sciēdū q̄ cuiuslibet p̄sone duplex d̄z eē iudiciū. Prīmū est p̄ticulare. et istud tāgit solū animā: et hoc iudiciū fit cui libet q̄do mori: q̄ statim anima a corpore sepata in licet s̄m opa sua et vadit ad locū quē meruit. Aliud appellat̄ iudiciū vniuersale: et istud

tangit corpus et animam. et istud erit quantuz ad omnes in fine mūdi quando voce archangeli dicet. Surgite mortui et venite ad iudicium. Et tunc anime euz suis corporibus resurgent et s̄m q̄ meruerūt facta prius de omnibus diligenti examinatiōe ad loca diuersa ibūt: vel ad infernū vel paradysus: et ibi in eternū manebūt: si ergo querat̄ de quo iudicio loquat̄ scriptura sacra in persona istius mortui. d. memor esto iudicii mei. de primo vel de secūdo dico q̄ de vtroq̄: vnde non aliud dicere vult: nisi quia admonet vos q̄ debeatis cogitare de morte et de extremo iudicio: et ista admonitiō eē valde utilis et fructuosa: q̄ valet maxime ad tria. Pr̄mo ad peccata cauenda. Nā si persona nunq̄ deberet mori nec de suis operibus iudicari posset securus peccata cōmittere: et in ipsis remanere: s̄ si bene cogitat q̄ necessario d̄z mori: et de omni cogitatione locutione operatione iudicari d̄z miserabiliter retrahi a peccato. vnde dicebas Salomon Eccle. i. In oibus operibus tuis memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Per nouissima hominis s̄z sanctes intelligit mortem et iudicij. vnde dicebat Aug. li. vi. con. Nec me reuocabat a profunditate carnaliū voluptatū et surgite nisi metus mortis et futuri iudicii tui domine. Valet secundo ad tēporalia cōtēnenda: si. n. tēporalia persona moriens posset secum portare: et si in iudicio illo aliquid valeret sicut valent in iudicijs mūdi posset multū de eis curare p̄sona. Hoc nō est verū: q̄ secū nullū portare pōt. vnde Job p̄mo. nud⁹ egressus etc. et si aliud ponitur circa

Vulgarizandi

corpus in morte parū ponit & ma-
gis pp honores ponit q̄ pp utilitatē
nec etiā in die iudicij diuitie aliud
valebunt: vñ dicit Salomon. Pro-
uer. ij. nec tūc diuitie diuitibus p-
derūt &c. & iō si psona bene de mor-
te & diuino iudicio cogitaret ista tē-
poralia cōtēneret. Unde Hiero. ad
paulinū. Facile cōtēnit oīa qui sem-
per cogitat se moriturus: & itē ad
Liprianū. Qui. n. quotidie memi-
nit se esse morturū p̄tēnit presentia
& ad futura festinat. Exēplū huius
habemus de quodā rege noīe Sala-
dino q̄ veniens ad mortē volens p
sonas inducere ad cōtēnēdas diui-
tias tēporales p totā ciuitatē porta-
ri fecit vnū p̄nū de stamo & p̄co
clamabat Saladinus vobis notifi-
cat q̄ de oībus diuitijs suis nihil
secū portat nisi hoc q̄ videtis. valet
tertio h̄ memoria mortis ad despi-
cienda gaudia mūdāna: s. n. gau-
dia mūdi ec̄nt longa & deferrent ad
finē gaudiosū p̄sone possēt de ipsis
curare: sed gaudia mūdāna nō sūt
talia: imo sūt breuia & cito terminā-
tur: vnde d̄r gaudium hypocrite ad
instar puncti. Per hypocritā intel-
ligitur mūdus qui apparet illud q̄
nō est: & punctus denotat breuitatē
similiter oīa gaudia mundi termi-
nantur finaliter ad tristitiaz: sic p̄z
de gaudio matrimonij: vnde dicit
Salomon. Prover. xiiij. Extrema
gaudij luctus occupat: immo etiaz
sunt mixta quādiu durat & dolori-
bus & tribulationibus: q̄ risus do-
lore miscebitur vt dicit idēz: & iō de
eis nō est curandū. De hoc h̄emus
exēplū q̄ recitat Hiero. de quodāz
rege potentissimo q̄ cū haberet an-
se innumerabile exercitū & qdā vel-
lēt eū inducere vt gauderet fleuisse

d̄r. Et interrogatus de cā dixit. Fleo
q̄ post. c. annos omnes isti mortui
erūt: & ego cū eis: & in puluerez re-
ducti. Ergo &c. Quātū ad secundū
principale sciendum q̄ possēt ali-
quis querere q̄re sic debeo recorda-
ri de iudicio istius & particulari & ge-
nerali: q̄ forte ista me nō tangunt
tāgt rōnem. d. Sic erit & tuū: quā-
do enī videt domū p̄ximū sui arde-
re d̄z timere idē de sua & sibi p̄uide-
re ita &c. sed tu dicerēs nūqd̄ ē simi-
litudo inter hoīes de morte & iudi-
cio vltimo: imo: vnde dico q̄ ē ma-
gna diuersitas inter hoīes morien-
tes: q̄tū ad locū & quātū ad tēpus &
quātū ad modū & est et similitudo
quātū ad oēs p̄mo quātū ad animā
q̄ quilibet moritur p̄ separationēz
anime a corpore ita tamē q̄ aīa re-
manet incorruptibilis. De ista simi-
litudine h̄etur in li. sapiētie. c. i. mo-
ritur doctus: similiter & indoctus.
sc̄do ē similitudo quātū ad corp⁹.
Corpora oīuz tā bonoz q̄ malozū:
tā sapiētiū quā stulroz: tā diuitum
q̄ paup̄ez putrescūt & a vermibus
corrodunt nisi deus p̄ miraculum
conseruet corpus alicuius sc̄ti a cor-
ruptione. De ista similitudine dicitur.
Eccle. Cum morit̄ hō heredita-
būt eū serpentes & v̄mes: imo q̄ pl⁹
ē corpus diuitū magis fetet q̄ cor-
pus paup̄ū: vnde dicit Ambrosius in
Exameron. vi. Nulla inqt̄ ē discre-
tio inter cadauera mortuoz nisi for-
te q̄ grauius fetēt corpa diuitū de-
structa luxuria: tertio est similitudo
in recipiēdo sicut meruerūt & bona
& mala. De ista similitudine d̄r sa-
piē. vj. Nō enim subtrahit psonam
cuiusq̄ d̄ns: qm̄ pusillū & magnum
ip̄e fecit & qualiter illi cura ē de oī-
bus. De hac similitudine dicit Aug.

Sermones funebres

Quid ages inquit o hō apud tales iudicē quē fallere nec corrūpere poteris. Nō presumas euadere cuz ille nouerit omnia nec falsos testes quibus ipse fallatur nec patronū litigiosis artibus adhibebis nec ambices aliquo modo ut iudicē possis corrūpere: tunc enim iudex erit cause tue quomodo est testis uite tue: p̄ se d̄z principale. Quātum ad tertium principale sciēdū quod posset aliquis dicere. Bene scio quod iste mortuus est et quod ego debeo mori: sed nescio quā forte uiuā usque ad .l. ānos. Et iō cur op̄ me ita cito cogitare de morte: et de iudicio. Dico quod si hō de hoc esset securus posset cōfidenter aliqua mala facere: sed nō est sic. Et ideo explanat quando iudiciū tuū erit. d. Hodie mihi et cras tibi: quia scdm̄ Aug. nihil est certi morte et nihil incertius hora mortis: vel dicit heri mihi et cras. Noli ergo longā uitā tibi p̄mittere: et noli mortē tuā quāsi de lōginquo cōsiderare: unde dicit Seneca. mlti sūt qui memoriā mortis hnt et morituros se eē credunt: tñ mortē quāsi de lōginquo cōsiderātes uitā emēdare negligūt et cōuersionē differunt: et tñ dicit Aug. sup̄ Jo. quod penitentiā ueniā p̄misit dissimulati diez crastinus non s̄pōdit: nec in hora d̄ria est lter senē et iuuenē: quia ita est prope unus sicut alius: nisi quia in hoc est differentia: quia senes ante oculos habent mortem iuuenes uero post tergum: uita enim nostra non est nisi quidam cursus ad mortem: et quia incertus est nobis dies eius et hora debemus eaz quotidie expectare secundum Aug. Incertus dies: tanquam quotidianus est expectandus etcetera. Amen.

Sermo. lxi.

Miseremini mei amici mei: quia manus domini tetigit me. Job. xix. Verba p̄ntis thematis sunt Job. valde tribulati: quia tamen oppido p̄grue posunt accipi pro animabus defunctorum que in purgatorio purgantur que ad suos amicos et notos clamāt dicētes. v̄bus propositus corā uestris deuotionibus. In quibus uerbis duo notantur: et primo. Primo querulosa postulatio suffragij. Quum dicitur miseremini mei. m. m. s. v. a. m. Secundo penosa demonstratio supplicij. Quum dicitur manus domini tetigit me. Circa primū. ubi notatur querulosa postulatio suffragij: est sciendum quod quedā consuetudo et conditio est in mundo: quādo aliquis subuenit alteri in eius necessitatibus erūnis calamitatibus et miserijs: quod etiā ipse debeat a beneficijs adiuuari: et hoc uolūt oēs leges tā naturales quā scripte et dominicales. Considerata haec conditio et debito conuenire iustum et equum est quod anime que sunt in purga. debeāt a suis caris amicis cognatis et notis adiuuari. Respō. quia dum ipsi uiuerēt eos adiuuerunt: quod si non sit talis anima conqueritur de uiuentibus dicēs cū p̄sa. ps. xxx. Datus sū obliuioni tanquā. m. ac. sed est magna ingratitude multorum: non tamen omnium qui mortuis parentibus nunquā benefaciunt immo nūquā recordantur: et si que preceperūt fieri per testamenta inuite largiuntur: immo aliquādo occultant. et tā

Vulgarizandi

tent obliti bñficiorū acceptorū. **Qñ.** scirent quantas penas sint passiuri illi qui hec faciūt nō dico q̄ darent illa soluz que debent: immo cuncta que possident vt possent euadere illas penas sed cecitate ducti nō hec considerāt. **Un̄** et ip̄i mortui retributionez reddent. i. nō orabunt p̄ eis quū fuerint trāslati in requiez. **Exempluz:** quidam miles in bello krolī magni cum mauris p̄gnaturus rogauit cognatum suum: vt si in bello moreretur equum suum venderet et precium daret pauperibus: quod et factum est: mortuus est enim in bello. Ille autem cognatus eius equuz vēdidit sed nequaquā p̄cium pauperib⁹ errogauit. **Post modicū** vero tēporis ille qui fuerat defunct⁹ ei apparuit tanq̄ sol fulgens dixitq; ei. **Cognate** per octo dies penas maximas sustinui quia non fecisti quod iusseram: sed nec tu impunis abibis. **Hodie** eniz diaboli ferent animam tuam in infernum: et ego purgatus vado in regnuz dei. **Et ecce** subito in aere auditus est clamor leonum vrsorū ac laporum: et ipsuz de mundo abstulerunt. **Deinde** queritur de quibus hominibus aīe defunctorum conqueruntur: et respondetur de quatuor. **Primo** conqueruntur de his quibus hic fidelitatez et charitatem et beneficia exhibuerunt et ip̄i si eis nō refūdūt. **Unde.** ps. lxxvij. **Obliti** sunt benefactorum eius: et hec est magna ingratitudo: et contra rationez humanaz obliuisci et nō regratiari bñfactorib⁹: vñ **Elri.** v. ethi. **Opz** regratiari ei q̄ grāz fecit defunctis alit̄ regratiari nō possumus. **Secdo** defuncti cōquerūt de filijs filiab⁹ cognatis et. ac heredi-

bus q̄ eorū bona possidēt: et eis non subueniūt. **Et tales** infideliter agūt: qz si quis nō subueniret amico suo: quez in isto igne materiali videret p̄niri infideliter ageret. **Et ecce** anima p̄ris vel et. forte ē in penis purgatorij: et tu potes ei subuenire et q̄ re nō subuenis. **Et** quod anima patris vñ et. ad te clamat. **Di.** Misere remini mei et. **Et sūt** due cause q̄ re bis dicit̄ miseremini mei. **Prima** est quasi dicerent: quia estis in mūdo: in quo potestis misericordiaz adipisci. ps. xxxij. **Misericordia** domini plena ē terra. **Secda** qz nos anime sum⁹ i purgatorio i miseria et paupertate: nec habem⁹ amplius corpora nostra: quibus possum⁹ ieiunare meritoze: nec habem⁹ substantiā quaz pauperibus errogare possumus: nec alio mō possum⁹ nobis succurrere. **Ergo** miseremini mei saltē. v. a. mei: quasi dicant: si alicui nō subueniunt saltez vos subuenite: qui estis affines vel consanguinei vos q̄ possidetis hereditatez nostraz et p̄pter vos sum⁹ in purgatorio: et si quis quereret dici causaz: qz debeam tibi subuenire. **Et** anima responderet. **d.** quia manus domini tetigit me: et quare me: per sicut deus: quasi dicat. **Deus** punit me cū summa iustitia suā penaz infligendo. **Et** vos amici me punitis magna pena me relinquendo. **Et** carnibus meis saturamini. i. meis tēporalibus diuitijs. **Tertio:** conqueruntur de testatoribus qui non expediunt testamenta eis cōmissa: sed prolongant et protrahunt d̄ die in diē. **Et** hoc est contra charitatez et fidelitatez: qz s̄z **Tho.** **Alie** caret in terea subleuāne q̄ eis deberet fieri de illo testamēto si exhibitū fuisset.

Sermones funebres

set tpe suo. Unde in Decre. xij. q. ij. dr. Ad ultā delinquūt qui differūt mortuorū exeq̄ testamenta. imo debēt excōicari: z sūt excōicati: quū pnt soluere z negligunt. Un̄ in decre. dicit. xij. q. Debita suffragia pro mortuis nō reddētes fures sūt z sacrilegi: z excommunicandi.

Quarto cōquerūtur de sacerdotibus z religiosis: z paupibus: qui elemosynas defūctorū recipiūt: z p̄ eis nō fidēter orāt: vnde in Decre. dicit. Receptores elemosynarū plus debent. x. q. i. Quia sacerdotes nec aliquis qui d̄ labore posset se nutrire debet accipere elemosynas: s; tātuz debiles infirmi zc.

Secūda pars. Circa scđz vbi notatur penosa demonstratio supplicij: supplicij purgatorij: viri prestātilissimi est horribile z appume p̄osus: z p̄cipue supplicij ignitum. s. ignis. Un̄ Aug. dicit. Di. xxv. ca. Qui in aliud seculū distulit fructū conuersionis: prius purgabit igne purgationis. Hic ignis: z si non est eternus: tamen miro modo grauis est: z supat oēm penaz: quam vnq̄ passus ē aliquis in hac vita vel pati potest. Et qz ille anime sentiunt illuz ignez taz crudelē ideo clamāt z petunt adiuuari per quattuor. s. aut p̄ oblationez altaris: aut p̄ orationez alicuius viri sancti: aut caroruz ieiunia: aut cognatoruz elemosynas. Iō parentes eius. N. audientes per intellectuz prepositi thematicis voces defuncti dicentis miserimini mei zc. Lupiētes euz exaudire z a penis purgatorij redimere non tardabunt ei quam citissime subuenire: vt possit gloria eterna perfrui. Ad quam zc.

Sermo.

Lxii.

Fenus agri hodie est: z cras i cibaniū mittit. Ad at. vi. Scđz sententiā phi. iij. physicozū. Dē corruptibile statim q̄ separat a suo regēte z cōseruante: corrūpitur. Patet d̄ plantis: piscibus zc. Presupposito igitur dicto phylosophi esse vero: dico q̄ corp^o humanū est corruptibile z cōseruatur a suo regēte: q̄ est aīa: z statim q̄ separat ab aīa corrūpitur. Et iō sub similitudine feni dicit xp̄us cuiuslibet viuenti verbum proposituz. Fenus quod hodie est zc. Vbi vnū videndū est. s. vilitatem corporis nostri: ibi cras in cibaniū mittitur. Vilez curiuz habet natura corporis nostri: qz induitur in sepulchro. Circa q̄ secūduz phz. Illud quod termino clauditur: breue est. Jacobi. iij. Que ē vita vestra. Vapor est z ad modicum apparens. Ad Ephesios. vi. Id. n. quod in presenti est: momentaneum est. Hiero. Vbi sunt reges vbi sunt principes: vbi sunt imperatores: vbi sunt locupletes reruz: vbi sunt potentes seculi. Lerte quasi vmbra pertransierunt: z velut sōnium euauerunt: querūtur. z nō sunt. Et qz vita presentis incolat^o nostri habet terminum. Ideo dicitur esse breuis. Job. xiiij. Breues dies hominis sunt. Propter quaz breuitatez comparatur a sacra scriptura feno agri: quod paruz in sua pulchritudine durat iuxta illud. Isaie. ix. Clama. Et qd clamabo. Dis caro fenum: z gloria ei^o. i. ei^o pulchritudo: quasi flos agri: z exsiccatum est fenum z cecidit flos: qz spiritus dñi sufflauit in eo. Hanc breuitatem consideras Job. xiiij.

Vulgarizandi

elamat. d. Hō natus de muliere. b. v. t. z. m. m. q. q. f. e. z. p. z. f. v. v. Et q̄ vita nostri incolatus sit breuis: z q̄ digne fēo agri aſſimileſ figuratiue ostendit̄ iiii. Re. xviii. vbi dicit̄ q̄ de' loquēs d̄ aſſyrijs p̄ os Iſaie: ait. Facti ſūt ſicut ſenū: agri: z vires herba tectorū que arefacta eſt anquā v̄iret ad maturitatez. Qui ſunt h̄y aſſyrii de quibus loquitur dominus deus niſi hoīes in hac vita viuētes. Aſſyrii interpretantur vigilantes ſive vigilares. Un̄ quilibz viuens conſiderare d̄z breuitatē vite ſue: z ſuper obſcuritatē finis ſui inuigilare iuxta monita. Saluatoris Mat. vi. Vigilate itaqz quia qua hora zc. Et ſequit̄ q̄ d̄ dixit deus facti ſunt ſicut ſenū agri qz poſt peccarūz Ade facti ſumus mortales z corruptibiles. quia ſicut ſenū ardore ſiccatur: ita caro deſiccatur ardore cōcupiſcētie peccati: z iō dicit̄ Elpoc. iiii. Dē ſenū cōbuſtū eſt: ſupple in ardore peccati. Et Jacobi primo. Sicut flos ſeni tranſibit. Error eſt enim foli cū ardore: z arſecit ſenū. z cecidit flos eius: z decore vultus eius deperijt. Et ſequit̄ vires herba tectorū: que arefacta ē antequā veniret ad maturitatem. Herba iſta vires interpretat̄ virtutes z bona opera que ſūt in tecto id eſt in anima z virescūt eaz: atqz ornant z decorant: Sed antequāz v̄ciāt ad maturitatē. i. anquā ad cōplēmentū ſūmi p̄mij vite eterne: areſcūt ardore peccati. ps. cxv. ij. Sicut ſicut ſenū tectorū q̄d prius p̄ euellatur exaruit. Et iō d̄. Exo. x. q̄ locuſte. i. peccā opuit̄ vniuerſā terrā. i. ſuperficiē aſe: vaſtates cūctas virtutes q̄ ſūt in aīa. Et iō iſte p̄ns d̄fuctus cōſideras q̄ erat corruptibilis vt fe-

nū. z herba vires. i. opa bona z virtutes erat exſiccate p̄ ardore peccati. antequā ad corruptionē v̄iret. voluit oīa peccā p̄ cōtritionē. z cōfeſſionē cū ſatisfactione expellere: vt eius aīa cū viriditate. i. cū virtutibus ac operibus bonis venire poſſet ad p̄mum vite eterne. Ad quem.

Sermo.

lxvij.

Redde quod debes. Mat. xiiij. Sciē dū ē: q̄ hoī veniēti i mū dū duo p̄ferūtur. ſ. aīa z corp̄. z p̄pter hoc duos creditores habemus. ſ. deū z terrā. Terre debemus corpus: z deo aīaz: z hoc triplici rōne. ¶ Quia ab ipſo creata. ¶ Quia ad eius imaginē facta. ¶ Quia eius ſanguine redempta. ¶ De p̄rio Amos p̄pheta. xxiiij. ecce creauit me z formauit manibus ſuis zc. De ſecundo. Gen. primo faciamus hominem. zc. De tertio de ſanguine eius redempta. ¶ Et ergo redde quod debes ſcilicet corpus terre. z mihi animam dicit dominus. Redde corpus terre. qz de ea aſſumptū eſt. Hier. xxiij. Terra terra terra zc. Salomon quoqz. Eccleſiaſtes ultimo. Reuertatur puluis ad terram ſuam: z ſpiritus redeat ad illum qui creauit euz. Dic ergo. Redde quod debes. Sciendū eſt autem q̄ debitor in duobus offendiſſet creditorē. Primo quādo rez acceptam reddit deterioratam. Secundo quādo reddit inuite. Sic deus nobis. Si animam puram z mundam acceptam: immundaz z deſormē reddimus. hoc facit ille q̄ in peccato mortali permanet z d̄lectatur. qz tunc ſtatim perdit ſimilitudinē dei quā habebat p̄ peccā

Sermones funebres

tū. Studeamus ergo carissimi red-
dere aīas n̄as deo: nō deterioratas
criminibus: sed potius melioratas
v̄tutibus. Arbitremur istū talē pro-
pe diez extitisse. Cui a dño dictū ē.
Redde qđ debes. &c. ¶ Ser. lxxiij.

Preciosa est in
cōspectu dñi mors san-
ctorū eius. Ps. cxvi. sic
dicit Scūs Anselmus duo instituta
in li. sacre scripture possēt repiri di-
uersa quotidie. Unum. s. de morte
peccōrū pessima: aliud de morte iu-
stoz p̄ciosa vt hic dicit Ps. in aucto-
ritate p̄posita. Preciosa in conspe-
ctu dñi mōs &c. Primo ē dicit bea-
tus Anselmus de morte peccōrū qđ
eoz mors est pessima pp̄ triplicem
rōnez. ¶ Primo pp̄ amissionē ter-
renoz in qbus posuerūt suā sp̄e & fī-
duciaz. Unde dicit beatus Greg.
Nō sine magno dolore amittit qđ
cū amore possidet. Unde tales di-
cōt illud. Eccle. ij. O mors qđ ama-
ra ē memoria tua hoī pacē habenti
in subitātijs suis adhuc volenti ac-
cipere cibū. Unde si memoria ē sic
amara: quāto magis mors ipsa. Et
vere ipse in mōte oīa amittit & pos-
sessiones & denarios & et p̄mōs qđ
induitur. Ergo pessima est mors &
amara illis qđ posuerunt cor in tali-
bus. ¶ Secđo dicit Anselm⁹ qđ mors
peccatoris ē pessima & amara pp̄ se-
parationez amicōz & cōsanguineo-
ruz. Unde v̄r qđ nullus est qđ tantū
diligat hoīez tantū in vita qđ in mor-
te p̄ oīa in foueā vellet ipm̄ sociari.
Vn̄ Job. xviii. Fr̄es mei elōgane-
rūt a me: & noti mei q̄si alieni reces-
serunt a me: & p̄rimi mei derelique-
runt me. & p̄ha. xxxviij. ps. vltimus
dic. Dēs amici mei spreuerunt me

& facti sūt mihi inimici. Unde du-
cunt te ad foueā tu nō erabis: & ter-
ra cooperiet te. ¶ Tertio dicit pes-
sima pp̄ amissionē eternoz. ps. Nō
habitabit i medio domus mee qui
facit supbias. Et Paulus. i. Cor.
vj. Regnū dei non possidebūt iniq:
sed ibunt in suppliciu: & eternum: &
pluet sup peccatores sulfur ignis.
grādo. nix. glacies. Ergo bene dicit
pessima mors peccatorū. Sed mors
sanctorū viroz d̄r p̄ciosa i conspe-
ctu domini propter alia tria.

¶ Primo propter cessationē opis.
¶ Secundo pp̄ter piculū itineris.
¶ Tertio propter p̄miū qđ ipsi ha-
bebunt.

¶ Dico primo pp̄ cessationē operis
mors scōrū viroz est p̄ciosa in con-
spectu dñi. Apo. xiiij. Amō iaz dicit
sp̄s vt requiescat a laborib⁹ suis.
Dicit hoī isti qđ mortuus ē. ps. lxxv.
Factus est in pace locus eius & ha-
bitatio eius in scā syon. Qui d̄r lo-
cus pacis & trāquilitalis. ¶ Secđo
pp̄ piculum itineris. ps. cxxxij. In
via hac qua ambulabaz abscederūt
superbi laqueū mihi. Et iō dicebat
pp̄beta. Quāadmodum desiderat
ceruus ad fontes aquaz ita deside-
rat aīa mea ad te deus. Et paulus
Ro. viij. Infelix ego hō qđ me libe-
rabit de corpore mortis huius &c.
¶ Tertio d̄r p̄ciosa pp̄ p̄miū qđ
ipsi habebūt. Mat. ij. Uoca opari-
os & redde illis mercedē suā. Quā-
ta erit ista merces istoz viroz bo-
norum quam declarat ille Paulus
dicens. Quō oculis non vidit nec
auris audiuit: nec in cor hoīs ascē-
dit: que preparauit deus diligentibus
se. Et ideo dicit Die. Quiescat
vox tua a ploratu: & oculus tuus a
lachrymis. Apoc. Absterget deus

Vulgarizandi

oēs lachrimādo ab oculis sanctorū virozū: et iam nō erit amplius neq; luctus: neq; clamor: sed neq; vllus dolor: qm̄ priora trāserūt. Ergo preciosa mors scōp̄ viroz̄ q; iusti hereditabūt terrā: et delectabuntur in multitudine pacis. Ergo nō est dolendū: s; potius congaudendū si de p̄nti miseria ducatur ad requiem. Ad quā xps̄ nos perducatur. Amē. **O**ro funebri p̄ q̄cunq; Impatore: rege: duce: p̄ncipe. **A**rchiep̄scop̄e. **A**d regē Pandulfū applicata.

Quod erat concursus omnium tantus ad regias hoc ipso non tui solum Pandulfe. verū etiam totius huius oris maritime casu: ut voces meas audire posse nullo pacto considerem. Unde et cives conclamant merent afflicti: et tunc suburbani ad urbem mestri: ac tristes veniunt: fundunt lachrymas eiulatus ad celum tollunt. Id quod consuetudine quadam inducti facere circa mortuos consueverunt. n. ipsa. Pandulfe natura tantus duce: et sentimus et facimus: vsuque potius a vetustissimis hīto: p̄ rōe aliqua doctrina ve servamus ego vero rex illustris alia quadam via ad conspectum tuum venio: non tamen lachrymarum expro: neque doloris lumen. Ferre. n. e. ac tygridi similis si karoli germani tui illius tanti tanque prestantis: atque admirandi ductoris nostri mortem: vna cum ceteris quibus maximo posse luctu non deplorarem ab aula que ad tumulum summo cum dolore: fletuque non prosequer. Hic enim eius iteritus quam non interitus quidem: tere comit in primis victoria: voxque Germanos te deinceps Baptista: nepotes:

agnatos atque cognatos attingit: itaque nosmetipsos: quobis obedimus: denique omnes qui litus hoc Enchontanum incolunt: concutit atque perturbat. E manibus etenim omnium nostris Karolus quum maxime consilio floret: et etate sua valens utilisque suis: aduenis que futurus erat: ereptus est. Verum enim vero quid proficeres Pandulfe: si diutius tecum animo macerareris: si legem hanc ab initio conditam: opusque et optimū: et diuinum omnibus eque mortalibus suandum obducta fronte despiceres: si in luctu lachrymisque contabesceres: si quum etiam a somno excitare poculum epulasque aspernare: quod nonnulli dementes ac sensibus tantum dedit efficiunt. Germanus inquit me karolus mortuus est. Iste vero exiit omnibus et animantibus et servatur: et imminet. Itaque mortuus est: non tamen exul apud externas ac barbaras nationes veneno consumptus: ut Annibal aut apud Babylonem ut Philippi macedonum regis filius Alexander. Non in peregrino litore nudus iacuit: atque in sepultus: quemadmodum in egypto Pompeius: quem etiam satelles nequas Alcibiades enecavit: concremavit conditus. Non apud ignobile linternum: in exilio suis despectus mortem obiit: ut Scipio maior: qui tot tantaque de republica bene meritus fuerat: qui ipsa ut relique omittant ex Carthagine faucibus eripuerat: non a sodalibus circumventus: ut in hyberia Sertorius. Non tandem in senatu a suis consolitus: ut Cesar orbis terrarum domitor. Postremo non sicut et celorum et mundi conditor: atque omnium rex dominus noster Iesus christus. Pro cuius salutem moriens: ab Hieroso-

Sermones funebres

lymitanis illis stultis improbis: duris atq; nequissimis: quos in templis quondam forisq; docēs erudierat: liberauerat: sanos effecerat: per ludibrium tandem in cruce fixus ē. Juniores autē etatis nostre duces rei militaris p̄clarissimos. Bracium. Sfortiamq; omitto: q̄ morte pierūt. Nicolaū itē stellā recenter strenuū illum atq; intrepidū: neq; hos solū: q̄ fortunā p̄sequunt: ut ait vulgus. Sed multos: ac multos urbium dños: vobisq; finitimos: q̄ magno cū dedecore et nobilitatis ignominia: fedeturpiterq; vitā finire. Cuius rei exempla vobis sunt an̄ oculos in piceno q̄ plurima. Et vō dicens. Im maturior excessit e vita. Krolus et regnū nobis inq̄tū reliquit. Quā vō modo Pandulfe nō tempestiuus emorūt is: q̄ bñ: fortiter iuste. pieq; viuēs: post multa demū egregia: p̄claraq; facinora: penes suos emoritur. Egēdū libeat Krolū fratris vitā: resq; euz domi: tuz et militie gestas: breui recēdere atq; ab ineunte ei⁹ etate ordiri. Et dolescētes audio: sub patrio suo pādulfo fauensū rege duceq; armipotētissimo p̄imum milita: se: se cūq; diuiti⁹ apud Brixiam urbē in gallia citeriore: et clarā et p̄potētē: reb⁹ bellicis exercitatū: p̄ id t̄pis: cū maxime ad repellendū duces mediolanēsum. Veneti nitebant in eo bello. Krolū iūtoris virtus nec dū etiā pubescētis p̄ter oēs enituit. Itaq; cū nō adolescētis: s; fortissimi cuiusq; dexterimiq; ductoris opaz abunde naua: ter. a patrio multis ac multis p̄ciosissimis muneribus donatus. atq; honestatus est donec tandē victus. Pādulfus amittā Brixia fanum rediens. otio se se et reb⁹ urbanis iaz tum se

nex inersit krolus ad malatestam genitorē reuertit. In altera vō iuuetate sue militia. krolus q̄tum laudis ac gl̄ie adept⁹ fuit apud Philippū Mariā mediolanensū ducē: tyrannorum oīum nostri t̄pis maximū. atq; fortunatissimū in eo bello q̄ aduersus Venetos gerebat: id e⁹ neq; filio p̄termittendū censui. Et d̄ quē cū a genitore vestro malatesta missus esset: paulopost q̄ i castra venit vniuerso exercitū q̄ per maximus erat p̄fectus est. atq; oīum impator declaratus. quo t̄pe et Nicolaus ille picininus. ceteroz sine vlla p̄rouersia nostri t̄pis. dux in re militari p̄stātissimus. et Franciscus Sfortia vice comes hic ipse picci moderator. et ceteri per multi clari fortissimiq; ductores in eadē militia versabant. Neq; per id quidē etatis nō pedites. nō tyrones: non velites. non rarij nō cēturiones non tumultuarij qdā milites. nō cōmiliones sed plurimaz atq; fortissimaz legionū duces aderant. Et pud hos oīs ars eius semp p̄liuz scia. virt⁹ atq; animi magnitudo. mix in modum cōprobata. Is autē splendor ac dec⁹ nemini adhuc ex p̄ncipibus urbium p̄tigit nisi krolō Juniori: q̄ malatestaz familiam tam claro titulo decorauit. Tertiaz autē eius militiaz et recētē et vltimā: que sibi aduersus quosdā illosq; per paucos urbis v̄re p̄ditores fuit. nō nisi inuictus remissor. In eo n. bello terro: atq; sceleratissimo qd̄ superioribus annis ad euellendā funditus Malatestaruz Pisarenū stirpē. Eugenius pōtifer maximus gessit euz vos a sedibus p̄ijs. vrbe v̄ra Pisauo pelle remitti tu qdē optis auspitijs fret⁹ ad pulchz ac nobile municipiū Bra

Litteraliter pronounciandi

darā vobis in ore tubā. semp fidū stendisti. Saleas vrbīnū: ad forū sempromij Krolus sese recepit. Abi nequaquā in ocio. per secor diaz tps terre: aut metu percussus cedere: neqz somno. delicijsqz torpescer passus est. Quin potius iuuetutem illā suapte natura belloꝝ auidā primū ad muniēdā vrbē. excitat q̄ meatus vndiqz p̄portari iubet. arcē firmat. excubias accurate locis obulcūqz dispōit suos iter muniēdū docet aduersus nefarios. quosdā teter rimosqz p̄ditores: bellū fore p̄ prias p̄ libertate p̄ iugib⁹ p̄ liberis. Nā p̄les ex hac vrbe secum aufugerāt. Itēqz p̄ parētib⁹. aris focus tēplis deniqz p̄ bonoz oīuz salute pugnādū. His igit sūma cū celeritate studioqz dispositis tps idoneū nactus iuuetute sc̄p̄romiana: cohortibusqz p̄ paucis comitantib⁹ i agz̄ Disaurēnsēz erūpit: castella q̄dā partiz in deditiōnē accipit partim expugnat partim obsidet. sed mox Krolus a Joāne vitellio picētū p̄ p̄toze bonorū oīum iugulator erat vi repellit. ad arcesqz sempromianas dirudit. Nihilomin⁹ ad vrbē. Disauruz crebras excursiōes parat: ipseqz nō nūq̄ p̄m in agmē descēdens: agros depopulabat: hostes itra menia repellēbat. vrbīqz p̄ proditorib⁹ supplicia: cedēs: incēdia munitabatur. Utriqz pugnat accerrime: pellit cedit vincit oppugnat. Res erāt i sūmo discrimē. quid p̄la. libēter. N. ista p̄terim arte prudētia: calliditate industria: cura vigilijs: ope: labor: sudo: e. Krolū paucis ipib⁹: p̄ vrbis p̄ vitellij p̄tozis vires attrite sūt: ita vt pplē sedis p̄ies atqz egestate coarctat⁹ auctozib⁹ p̄ditionis trucidatis krolū ipm cū ingēti oīuz plausu

leticiaqz: in sedes prias reuocauit.

Hec hec fuit illa felix militia: in qua fortiter p̄ cōi oīuz salute pugnat. Krolus noctes ac dies oēs aeris intēp̄e. vētoꝝ et aspitates: estus: frigora niues: ibres: famē: sitiz vigilias: oēsqz exilij cāus: p̄ rei militaris difficultates tolerādo nimirū egrotatōis illi⁹ sue cās: imo vō mortis exhausit: egregios illos p̄stātissimosqz romāos imitat⁹. Horatiū colit. munitū sc̄uolā curriū. ac Decios: q̄ ipsi fortia o p̄ rep. sua mortē oppetiere. Hac igit triplici militia exercitat⁹ Krolus vita excessit cū sūmo rez bñ gestaz splēdore: ac glia. Itēqz senior vt mihi vī: p̄ cōsilio: p̄ sapiētia decedens. Per hec ampla magnificaqz negocia percurrir: quēadmodū p̄ a maioribus suis p̄ genitorū vō adalatesta reuera semideo dignū fuerat: regnū vobis abunde p̄posituz firmū: tutuz: cetūqz reliquit. Quas igit merorū cās habueritis si vitā illius a puero sigillatim ad adolescētes: ab adolescente ad vix. Itēqz a viro ad senēz vt dicimus intētis oculis aiaduerte ritis. Timens ne forsitā q̄d vos veluti mācos in regno p̄ntiaqz sui viduos: orbatosqz defuit ob hoc ipm in solio mesti sedetis: heretis sc̄cipites. Ne te deieceris p̄adulse. Eteniz eadē mētis acies: que illi fuerat: eadē in p̄sultādo sapiētia vniuz pectus vna acies: vna pudētia i agēdo de p̄teritas par similis in audiēdo facilitas: similes etiā in imperitādo iusticia: v̄tus: temperantia: vniqz fraternus oīs vigor: similitudoqz tibi p̄sus liberet. Immo ne fraternus q̄dē v̄ p̄na vis potius: oīs tibi pe

Sermones funebres

aitus infita est: et quod vnus in charo
lo minimū fuit phiberis in oī l'rarū
genere pitissim⁹. Quod munus in
p'ncipe: vt est magnū atq; admira
bile: ita ēt hac nostra tempestate ra
rū esse p'suevit. Quādo qdez igit
id quod optimo cuiq; regi p'prium
esse debet fas sit in te vno p'spicere:
p'fecto quid doleas: quid anxi⁹ sis:
haud equidem video. Quāobrem
fac quēō Pādulse vt ei⁹ illius ger
mani tui occasu tibi maiorē quen
daz virtutū cumulū in impetrādo:
chalearq; admissum esse cernam⁹:
quemadmodū etiā nonnullis alijs
fortibus: atq; clarissimis viris scī
esse lectitauimus. Neoptolemus
enim ille achillis filius post genito
ris mortez acrius atq; vehementi⁹
in res troianas concitatus est. Ex
quo Virgilianū illud dictū p'edet.
Vestibulus ante ipsum primoq; i
lumine Pyrrhus exultat telis. et lu
ce corruscus aena. Itēz illud. In
stat vi patria Pyrrhus nec clau
stra nec ipsi. Custodes sufferre va
lent: labat ariete crebro. Janua: et
emoti p'cubunt cardine postes. Et
alibi. Uidi ipse furentē cede. Neo
ptolemum: et geminos in lumine.
Attridas Agamenoni et Menelao.
Pyrrhum anteposuit Sneus etiā
Pompeius magni Pompei fili⁹:
paterni splēdoris imitator: senatus
q;: et reip. lāguētis ruinas p'molestē
ferens: ita impigre sese rebus Cesa
rianis obiecisse fert vt parū abes
set: quin in Hispania Cesar aut ab
illo opprimeret: aut sibi ipse p'prij
manib⁹ mortē p'scisceret: q; se vni⁹
hoīs interuētū: a tot successibus re
tardari aspiciēbat. Ad sibi autē hoc
loco res gestas Romanorū in aīo vo
lutati. L. Adartij virt⁹ ingens: in p'

misq; admirāda v'f. Qui cū scipio
nes illi duo belli fulmina. vt ē apud
poetam: post multas ac multas vi
ctorias in Hispania cecidissent neq;
salutis vlla spes Romanis linqret.
exercitū qui tante cladi supererat:
non in lachrymis cōsenescere neq;
in fuga spē h're passus. q; nūmo pa
lantes colligere. saucios curar' oīs q;
reliquias in locūz munitionū ad
ducere. optimū eē rat⁹. si p'us q; cū
hostib⁹ p'grederet: apud suos verba
faceret: orationē et aptaz pro tpe et
reb⁹ oīb⁹ q; maxime trepidatib⁹: eū
venientes habuit ac sibi cōcionanti
flāma quedaz ab vniuerso exercitu
frōti obuolitare ideq; supra caput
celūz versus extolli visa est: qd omē
salutis spē illis iniecit. Itaq; cū pe
rorasset mox cū ingenti clamore: ac
plausu omniūz. Adartius impator
declarat⁹: hostes victoria supbiētes
aggressus: noctēq; diēq; p'sequitur
sternit: fugat: interimit: dissipat do
nec tadē victoria ponit⁹ Scipionūz
mortē vlt⁹ est. Igitur hui⁹ ipsi⁹ v'f
sicuti et reliquorū: nūq; fortassis taz
clare venisset in lucē nisi Scipionū
occasus p'cessisset. Eorū igit mor
te: et ingenūz huic ad res ingentis
aggrediēdas excitatū: et sūma laus
acq; sita: q; neq; antea neq; post: tan
tope illuxit: ita tibi faciendū existi
mo Pādulse: et malatesta p'rimi
tādus et noua qdā v'f suscitāda. Qd
si feceris: vt cepisti: oīs malatestaz:
laudes: atq; triūphos equaueris.
Neq;. n. tibi quoquo v'fius mētē vo
lueris desunt auxilia: neq; animi:
neq; fortūe. Alius est ad oīa per ma
gnus. Obueriat p'terea militie Sa
leaz frater: q; p'ilia tua: res dñiq; vr
banas omnis prosperiores efficiet.
Ad sunt etiam nepotes magna in

Litteraliter pronounciandi

dole prestati ingenio venustate ingenua: quos ipsos iam iam psagire posse confidimus parentum simillimos fore. Reliquum igitur fuerit Pandulfe: ut in hoc tanto luctu quem audis mentes firmes: ac tibi leges imponas: ita ut sicut nos regis: et iam tui pectoris moderator: et tamquam aurga quidam bonus intelligere: ut gloriarum tuam victoriam que maxime circa funus collachrymat: et regis sui memoria quem amisit: penitus affluatur consilio precibus dictis lenias erigas consolare post hec ut urbes: ac populos que vobis parent: que maxima potestis sapientia fide cura pietate iustitia tue animi.

Nos etenim te ad unum Pandulfe teque Saleaz reges nostros et salutamus et volumus. **Ualete.**

Oratio funebris. Pro quacunque imperatrice. Regina. Ducissa. Marchionissa: in constantiam directa Pisarensum Dominam.

Nescio quo fato nobis mortalibus euenire soleat idque infortunium pariter in omni fere negotio nostro possimus inculcare ut quanto maiore ad rem peritam studio festinamus: eo longius ab eadem repellamur. E contra vero si quis quasi nolens ac tanquam alio quam proposuit ut cursus inflectat et votum suum dissimulans remoratus tacitusque subsistit desiderij copos. necesse est quos postea fines: quot malorum causas que discrimina: quos lucrus accerbissimos pariant res nostre humane testimonio sunt. Mercatorem enim videmus pro nimio diuitiarum ardore: nunc indos: nunc asina: nunc armemos: et sine ulla defatigatione ac me

tu schyphas nunc Britanos. nunc Libya pagratem imo sepe naufragio afflictum nudatumque seu tandem morte: cui iam dirissimus fieret ab eo ipso felicissimo cursu interceptum longe ab suis vitam finire. Quis non agricolas ipsos etiam atque etiam admirari non possit: qui nisi sepius fallerent paruo admodum temporis curriculo beatissimi fierent. Sed illos vel aeris intempies ut sepe accidit: vel agrorum malignitas: in quibus tamen colendis neque dies neque noctes quiescunt: vel armatorum intemperies: aut alia quecumque vis humana tot undique circumuoluit in comodis: ita trepidos atque anxios tenet: ut quando quidem sese omni spe nonnunquam fraudatos videt. ipsi semper aliene sortis inuidia macerent. Nauiculator utem longa fastiditus navigatione: cum portus quiescendi studio tam plenis: ut poeta inquit velis ingressurus. eest cohorta et improviso tempestate: aut unde primus soluerat: ad longiquiora detrudit littora aut iactis anchoris manifesto cum periculo ventis aduersantibus obsistens cumque iam defessus foret: nouos de integro subire labores cogitur. Plurimum huiusmodi posse in conspectu vestro adducere: que plane oia sine ulla defatigatione: ac tedio nisi me penitus offenderet liberissime recenserem: quibus et luce clarius appareret non solum nautas agrestes: ac mercatores: quos diximus verum etiam ductores: bello preclarissimos resque publicas amplissimas: ut reliquarum artium opifices relinquam: suis quibusdam fatis interdum sic astringi: comprimique: ut quis omni suo conatu ac viribus summa rerum potiri contendat fortune tamen litem etu pculdubio ab eadem non sine maximo: sicuti

Sermones funebres

ab initio pposuerā humanarū rerū ludibrio retrabant. Atq; utinā has ego similitudines minore pifaurētiuz dāno: patrieq; huius nr̄e calamitate longe magis tolerabili tuisq; alexander fortissime lachrymis: nō tā perpetuis referre in mediū potuiffem. Et. n. pauloante: q̄ hec tanta discrimina vnus pstantie morte: de iprouiso emergerēt: atq; in ceruices nr̄as effunderent: que nā in vniuersa Italia Ciuitas si bella que iā fere extincta erāt e medio sustulerimus hac vna felicior numerari poterat. Que naz in medijs et fluctibus minus trepida: q̄ nā a deo florens a deo placita i terra mariq; tā frugifera deniq; tā br̄a q̄ nā regina q̄ itez pplus hac tēpestate inueniri potuiffet: ea polles regia: q̄lis ap̄ nos dnabat cui tāta et ab iēute erate iesset indolēs: prudentia tātus ai vigor faciētia: pietas iustitia: pulchritudo: pudicitia: v̄tus diuinay atq; hūanay rez cognitio: dotes deniq; oēs: q̄ nō de v̄gine nō d̄ muliere: nō de matrona: nō de regina nō d̄ ipe ratrice: d̄ nulla demū nymp̄ha: v̄z dea pot̄ q̄dā vna oīuz splēdidiſſima br̄iūma q; p̄dicari potuiffet. Et nō hec cines p̄statūſſimi aliq̄ diu tā q̄ i cella q̄daz penitioze p̄quiescere meuz queso patiemini remiſſi. Nūc postq̄ oēs in luctu sum̄ remiſſi calamitatū ſupioris t̄pis liberat. Quis etenim v̄z penit̄ exercuari nō poſſit: quotiens ad memoriaz reuocare agredis: quonā mō: ac potius truculentia tot annis in nos fortuna ſeuierit: et q̄ in nouerca q̄dā ſp̄iſſima excāduerit: atq; immani quodā furore atq; iſania magno i petu ſuperbiſſime debachata. Nonus ac decimus ann̄ circūagitur:

cu; ſenior ille adalateſta nr̄ vrbis ne dicā huius: ſz Italiae potius vniuerſe parēs q̄dā ac moderator morte obiit q̄ ip̄o regnate vt ſcitis etas nimirū fuiſſe aurea: et ſaturn̄ ap̄ nos alter impium geſſiſſe viſus eſt. Sub cuius morte pro fortuna nobis iudicia malis paucorū p̄ſilijs oīs d̄ iprouiſo br̄i regnadi ac ſeruiēdi modus petijt quib̄ et auctoribus huiuscemōi ſegetes: que iāz quatuor annos p̄rimos in agris nate ſūt noſtris meſſuimus deinceps Krolus iunior cuius: et p̄ſilio: et v̄tute regnū nobis aut potius reſpublica quedā optima reſtituta erat mox aduerſa correptus valitudie. quā belligerādo p̄traxerat nature p̄ceſſit. nō multo poſt eius fr̄ Hadulfus archiepiſcopus patrianus p̄ſtari ſane ingenio. atq; incorporabili ſapiētia rex vita etiā exceſſit. Quib̄ extinctis bellum hoc finitimum quod pene ciuile atq; inſteſtinū appellare poſſumus: cum hoſte accerrimo cooztum: et vrbes et caſtella circūadiacētia: et agros opes deniq; nr̄as omnis ita diſturbauit: ſoluit: attrinuit: vt quamuis iam quaſi deſeſſi eſſemus: noſmetipſos tamen integros atq; recētes aduerſanti fortune obiectaremus: aderat eniz aderat. Coſtancia illa noſtra Imperatrix prudentiſſima mulierum omnium noſtri tēporis decus reuera ſtipes cōſtans regni huius et ſolidiſſimum patrie ſue firmamentum: aderat atque a deſt vna ſecum domi. tum deniq; militie dux intrepidus. Herosq; p̄ſtantiſſimus Alexander Stortia: que illa regem nobis Piſaurēſibus: et fama et v̄tute et ſapiētia ſua plusquā humana conquieſcerat: aduocauerat: introduxerat: peperat:

Litteraliter pronuntiandi

ante oculos coram locauerat. Quibus ita imperitatibus ciues primum atque infimi agricole: uxores: liberi: templa: domus denique fortunę omnes nostre beatissime fore cęsebantur. Quibus iterum superstitionibus bella: hec seuiissima iam magna ex parte sublata esse videbantur proximeque dici poterant extinguenda. Jam fere omnis fundatio: procella: fremitus: ardor bellicus increpauerat: et quodammodo plenitudo mentis ipsa vniuersa respirabant cum subito nescio qua deorum clementia: ex ceteris: ex hoc litore adriatico: ex patria ex urbe hac pulcherrima: ex edibus: ex templis: ex foro: ex ratione: ex astatu omnium muruo: ex manibus: ab oculis ex visceribus erepta est nobis Constantia Italie splendor mulierumque sine ulla dubitatione princeps: ac regina domus sue iam labentis firmamentum clypeus aduersus omnem fortunę impetum: noster campus. nauis portus: propugnaculum. arx: tutissimumque perfugium. Quis enim viuente illa mors aut seditio pullulare: aut si pullula esset quam modo adolescere aut si adoleuisset: quibus tamen incommodis obesse ciuibus potuisset: cum videre mus vim quandam illius mentis spiritumque diuinitus infusum ad omnia maxima de se prestanda. Quam enim mulieres mihi dabitur tum natura duce. tum studio atque industria tam facilem ad bene dicendum: que sive premeditata: sive de improviso loqueretur: sive poeticis: sive oratorijs: sive philisicis: sive humanis: seu tandem diuinis de rebus quereret: non ipsa didicisse que diceret: sed composuisse potius videbatur. Quotidie ierat manibus Seneca: Licero. Lulio: Salusti et diu in primis Hieronimo: Aureli

us: Augusti. Grego. Ambrosio. atque Lactantio. Ceterique qui de latine lingua latine tractarunt versabantur. Quantum vero prosarum precipue metro esset admiranda: ad quidem non coniectura sive quotidianis atque sequi disputationibus licebit: sed epistolis orationibus. Que per multis ac denique vrsibus: tamen disparibus: tum heroicis ad regem suum Alexandrum summo artificio: cultu: suauitate: laetitia: nitore: atque elegantia: scriptis procul apparet. Quam sane provinciam decusque vniuersi sibi met etate nostra viderat: in qua ne dicas feminas prope nullas sed neque etiam viros satis multos videmus qui litteris nisi maxime vtilibus: ut aiunt: indulgeant ac si qui prestantes inueniuntur odio sunt omnibus. Denique si quod datur honos is quidem ieiunium: attenuissimum dari consuevit. Est vero que que hec litterarum cognitio in mulieribus viri apparens per magnus sibi et vniuersi tulit: sic denique mortue decem allatura est. Et haec tamen atque alia sunt longe magis admiranda: que sibi longiore quam quandam perpetuitate afferunt. Fides quidem illa est et charitas in maritum Alexandrum singularis: que veluti gemma quedam splendidissima flosque vniuersi: omnium speciosissimus relucet in uxore in qua certo neque Andromache in suum Hectorem cecebat. Constantia non Penelope in Ulysses non Laudome in prothesilaum: non Panthe in suum: non Arthemisia in Aspurgidate: neque Cassandre in Lysimachus denique ut in Italiam redeam. Iulie in Pompeium aut Portie in Brutum: perpetuis uxore rei luminibus impar aut vlla ex parte inferior vniuersi visa est. Quo fit Alexander preclarissime ut quoties

Sermones funebres

Illius presentiaz: effigies mores lau-
tissimos: pudicitia: humanitatem:
atq; ipsaz reuera constantia virtu-
tesq; ingetes ad memoriaz reuoca-
ueris nescias ipse quis poeta: quis
orator: q; te demum philosophus ab
alto quoda gemitu planctuq; con-
tinere possit. aut sciat. Nec non poti-
us vna tecum ingemiscat: inlami-
ter: torqueat: expalleat: maceretur:
menses: dies: noctes: horasq; diffun-
dendis lachrymis impartiat. Itaq;
vero quanta foret in oes et infimos
facilitate ac misericordia: qd munus
sicuti maximu dicitur in principe: ita et
hac repestare eius esse consuevit: to-
ta ciuitas Pisarenensis restabit: in
qua nemo est q vnq nisi gaudens:
beneq; ab illa persuasus discesserit.
Neq; n. Titi optimi Romanorum
Imperatoris: q diu vixit institutus
nescire videbat: q sepe apud suos
dicere psuenerat reges bonu dicere
nunquam eos: qbus imperat audi-
tos ab se male contentos dimittere.
Itaq; cu forte fortuna interdum au-
diendis ciuib; abstinuisset: in se-
randez resipiscens: amici diem per-
ditu esse querebat. Itaq; moriens:
anteq; ex hac vita nec duz quadra-
genarius emigraret: dixisse illd fert
nihil vnqna sese cuius pnam meri-
to subire posset preter vnuz effecis-
se: quod tamen inde no prodidit.
Hac igit via degens Constantia qua
sibi abs teneris mater Helysabeth
Camerinor; regia summo ingenio
ac sapientia mulier: atq; gubernan-
di laudib; preter oes etatis nostre
prestantissima: quaq; anima ei ba-
ptista diuina quidez illa pmonstra-
uerat: qua nescio an quicq; nature
vnq mai in eo sexu: post Marias
virginē genuerit. Eiuscemodi tade

fulgens indole. tam diuinis prepol-
lent laudibus: tot tantisq; dotibus
circucomitata. Constantia ex hac ta-
dem vita: qua Cicero mortez poti-
us appellare audet: sibi quidez soli fe-
lix excelsit atq; ante omnes nostri
tpis mulieres beatissima: nobis ve-
ro Pisarenensibus flebilis: calami-
tosa: die noctuq; semper impostez
clamanda. Ego igitur: rex noster
sapietissime Alexander in hoc tam
limenso ne dicam tuo: vep poti-
us Pisarenensiu oiu; dolore: ac naufragio
qbus ronibus animuz istuz tuu la-
befactatu cosolari ac manuetacere
pergas: no inuenio nisi fortita abste-
vno incipias: rursumq; in eundem ois
nostra refundatur oratio. No sum
enim nescius q; t; s; nature dotib;
et fortune ornamentis: nisi te dele-
ras: predictus sis: q ipse nedum mul-
ta et multa lectitudo: sicuti ab initio
iuete tue fecisse predicaris: verum
enaz domi: milit. eq; agitando: taz
fortia tibi coparasti presidia: vt ea
corporis atq; animi bona: que tibi
no superat eadez iure optimo: sum-
mis omnibus et viris et regibus de-
futura esse videantur paulatim ex
animo tm istuz dolore vt deponas:
et ro in primis optima proximaq;
medicinaz oiu; vt Cicero docet: et
tps utilissimu et ad id remedium:
deniq; consilia ipsa: te sua cohorta-
buntur. Cura. n. atq; anxietas nul-
lo ferre artificio medicabilis: vt me-
minit: Quid. longa tande mora ex-
tenuat. Tuuz igitur fuerit: que ad-
modu certo potes: vt tibi et impare
velis. et moderari. quod te sine om-
ni suspitione factuz ire confidim.
Reliquum itaq; fuerit. vt sicuti ab
initio regnare ceperatis ita ipse pse-
ueres Alexander. Sento enim Pi-

Litteraliter pronunciandi

laurensum o'um ⁊ oculos ⁊ a'os:
in te ita p'uersos: vt nulla vnq' r'one
ab eo tui desiderio tā imēso abalie
nari possēt illos crediderim. Opam
igitur dabis: vt tanq' nouus qdam
hercules: ad nos venisse iudicaris:
cuius ductu: auspicioq: ⁊ ciues: ⁊
patriam hanc pulcherrimā ab om
nib' vndiq: monstris. atq: hostiuz
audacia liberataz non sine ingenti
gloria triūphoq: tuo preclarissimo
sentiamus. Nos. n. te regē nostrum
⁊ salutamus ⁊ volum' tu nostri eti
am tanquā tui. miserebere: dixi.

Oratio funerea i quēcūq: Equi
tem auratum fratris Thome acer
bi Veronensis.

Sermo i iij.

Quamquam
mors cōi sorte hōium
corpora dissipat. ⁊ ma
nes vertit in cineres: nec equa tam
lege cunctis terribilis est: s; his dū
tatat qbus vt ait Licero cum vita
oīa extinguunt: his vero quoz laus
emori non potest: ingentium labo
ruz: ac ppe infinitaz molestiaz est
eqssimus finis. Ex ceru aut generis
humani: quē nos Ciuitatē appella
mus duo hōium genera eē pspicio.
quoz virtute: ⁊ gloria. nec proprie
solū familie. ⁊ potentes ⁊ clare eua
sere vey xrbes ipse ex fortuna me
diocri. ex feda seruitute in liberum
imperiu. ⁊ ad successus amplissi
mos puenire. Hi sunt senatorius or
do atq: equester: quāuis alter ex al
tero pendeat: ⁊ in vnā psonam am
bo quandoq: pueniant. Que si mi
hi res ante hodiernā diē dubiuz se
cerit animuz: quādo Britānici no
stri ornati eqtis. de quo in pntiarū
spud vos patres sum verba factu

rus. maiores mihi in mentē veniūt
sic nō certior. vt aliud sentiētes: ex
stimē longe a veritate abesse. Nāq:
ab his ⁊ Britānica familia reb' po
tens ⁊ auro ac multa gloria insignis
effecta: ⁊ quod est habendū pluris.
hec nostra Ciuitat' coz preclaris ge
stis illustrior reddita est. Et quāq:
nec hōi vni deus oīpotens maxim'
naturaq: oīum parens ingenua. cū
cta ornāmēta contulerūt. qn potius
velint. non vna tantū. sed alia atq:
alia hōies hominib' virtute presta
re. hoc tamen honestissimo equiri
tot taliaq: video ornāmēta conue
niēte: cū a fortuna nāq: tum maxi
me ab ipsa virtute profecta. vt nul
li vel clarissimo oratori possit dees
se vel materia dicendi. vel cā. Sum
mā igitur tāā dicendi puinciaz. in
tanta clarissimoz viroz frequentia.
q̄uis sit mihi exiguū ingenium. ac
ferme ad dicenduz p' t'pis angustia
imparatum. hesternā solū diē ad
hec dicenda ⁊ inuitatus sui ⁊ mo
nitus. vestra tamen viri Britānici
fretus humanitate primum de pre
clara familia. deinde de moribus.
⁊ de virtutibus de diuinis Britānici
gestis dicturus accedo. si familie. q̄
Britānic' n' est nat'. si nobilitatem
que iam ppe in vetustatem radices
agit. Si gēis titulos: ⁊ armis: ⁊ li
teris claros recensere voluero: non
seruabo animi mei institutū: ⁊ for
tassis tracta in longū o'ro. ⁊ impo
tuna vobis erit: ⁊ molesta. Taceo
igit' viros ex familia insignes. Joā
nē. Angelū Jacobūq: supra ducen
tos sexaginta annos a Federico im
peratore comite creatos: recensebo
solū supiorē Britānicuz posteriq:
breui ordine vix corporis viribus:
ingenio p̄silic belli gerendi peritia

Sermones funebres

clarissimus. Hic naq; vti l' ap mo
numētis pditū est: p' multas z qui
dez prudenter strēue. gloriose ami
nistratas pugnas p' rebus v'ris viri
Britiani pro vobis ciuibus suis: p'
huius reipublice n're salute z scolu
mitate annos octo z viginti natus
mortē opetijt eo bello qd' ferme po
stremus cū hec ciuitas gessit. O in
uenē dignū profecto illo clamore z
laudibus demosthenis quibus in
Arthemūio in Asarathone in Sa
lamine defunctos pro patria com
mendauit. Hic Britanicus ab illo
inclito viro N. est genitus: qui pro
suis bene meritis atque egregie ab
illustrissimo domino. N. aurata mi
litia donatus fuit. Cuius ceteras
laudes omnitto: quia me vrget tē
pus: z dicendi locus vt descendam
Ad Antonium dignissimum vi
rum: tot clarissimorum adolescen
tium parentez: quos inter vos pul
latos sedere intueor: quos z hono
randi z consolandi causa in tam
frequenti Senatu queniſtis de quo
recircō prius habenda est mentio:
quia prius ex humanis rebus quā
genitor per imnaturam mortem
sublatus est. Sane Iohannes Bri
tannicus facillimis que atq; sūme
ingeniis moribus natus: ore ocu
lis: fronte: facie toto ipso corporis
aspectu: motu: incessu: gestu: com
positus erat: non exhorrescens vllā
boni: num infirmorum affabilita
tem: aut consuetudinem: diuinam
quandam benignitatem atq; cle
mentia preferbat. z quod vsu eue
nit rariuz: pares ciues: z non supe
riores cōtempnū maledicti sue su
gillabat. Quid Iustitia. Quid Tē
perantia. Quid liberalitatē. Quid
Magnificentiā: in qbus totus erat

effesus cōmemorē laudem celebrē.
Hoc mihi loco latus patescit cam
pus dicendi. Si nō in foro. Si nō
p' uatis tectis. Si nō i angulis ipis.
Si nō ecnt demū eius virtutes hac
tota in vrbe vulgate. Ecce viri Bri
tiani: quot q'risq; viris Britanico
rū familia: z in arte militari: z i au
rata militia claruerit: ducta longo
ordine antiqua ab origie gēris. Sa
ne hac mea breui cōmemoratione
accipe potuisti quātū equestris or
dinis gradū. dignitatē. splendorē.
conseruauerit. aueritq; mirifice.
Ad eo vt summa cum ratione dici
possit: plus honoris accessisse digni
tati equestri: z huic viris quam vi
ris ex ipsa dignitate. Fateor equidē
equestrem ordinem esse nobilitate
propria insignem ac claruz z vti ē
Archidiamus Asilesus scit: qui
primus de p'ponētia reipu. scripsit.
z Plato illis in libris qui sūt ab eo
eadē de re preclare cōscripti: z ois
philosophie pater z princeps sum
mus Aristoteles iter tres quas assi
gnant reipublice partes: si nō sūmā
sūme tū p'ime accedere existimo.
Nō quidez ab re: q; ciues reliquos
aduersus hostes in sua habeat tute
la z patriā sua manu defendere z se
se pro ea strictis gladijs obijcere.
Quā vero sit gloriosū p' ciuibus su
is z patria occumbere sua iclita fa
ma duo decij restantur. Prestans
igitur suapte natura est prestantior
Vero gloria rerū gestarum eorum
virozum: qui in ipso claruere p'stan
tissimus aut vel hoc his equester or
do haberi potest: q' ex eo lecto fuit
se constet: patres illos qui primum
a Romulo mox a Pulco. Targno
rege in senatū fuere cōscripti: a q
bus ille patricie Romanoy familie

Litteraliter pronuntiandi.

Ingenijs: rebus gestis fortunatissimis speciosissimisq; triumphis p totū orbem terrarū tanq; virtutū oīum humanarū clarissima lumina manauere. Quis igit memoratos ciues nros nō dicat laude dignissimos q nō soluz non inuulere decus aurate militie sed & suis fortiter: pie animose: magnifice: gloriose gestis splendore multo illustriorem fecere. De quibus hec pauca a me sunt dicta succincte & leuia suarū cōparatione virtutū. Quis sane multa breui et integre: clareq; p memorabit. obest mihi tēporis breuitas: ac p pterea in silentio multa pretereo nec tamē eis moueor vrbis qbus nescio quos dā accipi egre ferre: a nobis quēpiā in hoc dicendi genere esse laudatū. His equidez nō assentior nec vlli ēt viro vel libero vel probato iri assensum puto. Cur enim virum bonorum laudes debent esse vel moleste vel graues. Ignari: inuidi: celesti: perditū cuius est eorum cōmendationes vel prosequi odio: vel iniuriis auribus accipere. q sua industria sua virtute suis labrib: suo deniq; sanguine & morte: & ornamento huius vrbis: & saluti pfuluerūt. Admiratissimo quippe iure in ore oīum nr̄m summa cū laude semp versari debent viri illi nostrisq; animis ac memoria vivere: quorū maximis laboribus atq; periculis ab imminete ab hostib: strage. & vt ita dixerim morte cōseruata fuit hec nobis charissima patria. D igitur p dicandā Britannicā domum: summisq; laudibus efferendam. Quod ita esse cui libet clarum facerem atq; perspectum viri prestātes si suas victorias insignes: si tēpla suis vtilis & spolijs onusta: si ciuitas: si obsidiona-

les: si vallares: si ouales atq; triumphales coronas memorare constituissem. Sed non est mihi mēs tot ac tanta verbis complecti. Ad Britannicum enim quem nunc: nunc sepulture mandauimus: nostra festinat oratio. Cui per nitissima facta in hac vrbe: situs amenitate. soli felicitate aeris puri ac prope ridentis claritate: antiquitate rerū ferme omnium abūdātia: tot ingeniorū excellentiū: tot eruditissimorū viroꝝ atque fortissimorū imperatorū & copia & vbertate carissima: ita vt possit cum omni alia genie & ciuitate de nobilitate contēdere: & ex his quos paucis an verbis nominauit p̄ngit nasci. Nobilissimis viris in tanta rei domestice: ac diuitiarum copia: quanta alia nulla in hac ciuitate possit haberi. Non vulgari staturā a natura donatus: s; p̄stari mēbroꝝ forma ac proceritate qdaz senatoria vbi mihi videt̄ corporis molles animi sui emula fuisse. Ut. n. varijs ex mēbris cōmoda venusta. magnificaq; corporis species surrigit ac cōstat: sic illa tantuz ab viris probatissimis eruditissimisq; philosophis: & amata plurimum & in admiratiōe semp habita maiestas ai rationisq; robustissimū dec^o quā multiplicibus morū virtutūq; honestamentis deducitur cōstituiturq; mirifice. Fuit enī vir iste patrius: per annos etiam teneros multa humanitate ornatus comis mā suetus benignus: eisq; p̄stitut^o moribus quibus facile ab oībus possit amari. Dignatus vero equestri dignitate eū sese prestiter: qui primū fuisse. Quis vero est ciues q p̄ queri possit ab ipso quippiā p̄petratuz p̄uisolētiā: per arrogantiam: per su-

Sermones funebres

perbiam. Profecto non quid mi-
numus huiusce generis meas at-
tingit aures: in totum id perpetuum tem-
pus quo fui diu vobiscum versatus.
At in ciues pauperes hominesque ru-
sticos non iustissimum solum: verum
semper clementissimus fuit. De se-
gitate autem impares atque superio-
res non satis eum laudare potest. Non
cupidus: non auarus: non tenax neque
rebus alienis vorandis vllum ei stu-
dium fuit: quoniam magis continuo et acriter ti-
more tenebatur: ne quid mali per li-
bidinem a domesticis suis per iniusti-
tiam esset irrogatum in quaerenda. quod ita: quod
sciebat idque iterum iterumque volebat se
diuinum iudicium subire: iniustosque
omnes crudeles: et ut aiunt famelicos lu-
pos inhumanis membris duros
acerbissimas penas in obscurissimis
orci faucibus. et in illa inferna cuculis
expauescenda voragine: is sane ti-
mor ignem britanici cordi erat cal-
car adhibere ad liberalitatem atque
beneficentiam que iure sancta a nobis
appellari debet. Et a. n. large magni-
ficeque visus est non tantum in splen-
dida hominum nobilium. principumque
hospitalitate. at quod est longe san-
ctius: longeque prestantius: in egenorum
susceptione et illis diuinis actionibus:
quas sacre scripture misericordie
opera vocitant. assiduum fuit. Sum-
ma certe: et que clarius elucescat. ac
semper summe sit laudanda hospi-
talitas quam mortalium immortaliumque rex
conditor. christus noster sanctissimus
rex in egentis persona excipitur.
Quod si fortasse quis neget. memo-
ria repetat in euangelio dominivo-
ce dictum quod vni ex minimis me-
is fecistis: mihi fecistis: consulto sa-
pienter preclareque ab Britannico
hoc esse sacritatum non possum non

fateri. Neque enim de optimo maxi-
mo probis iustisque nisi horum cau-
sa meritorum gloriam tribuet im-
mortalem: neque improbos atque sce-
leratos nisi pro eis speretis benefa-
ctis eterno damnabit incendio. Se-
pe. Reorum memoria Britannicus agi-
tabat id prophete oraculum quo di-
citur misericordiam volo et non sa-
crificium. Nec vana fides mea atque
suspicio ut erit cognitum facillimum
ex his que paulopost a me de sua pie-
tate atque misericordia dicent. Re-
orum inquam secum hec sepe colloque-
batur. Britannice quando inter au-
ratos viros ascitus et annumeratus
fuit: tibi primum accinctus est ensis
ad tuendas partes iusticieque homi-
num miserorum: sunt et pedibus in-
tra calcaria quo si euenerit visu citius
equus: sit fortiterque agendum pro
patrie et tuorum civium salute: postre-
mo es gestandi auri potestate dona-
tus: ut quantum aurum metalla om-
nia natura nobilitate atque fulgore
precellit tu tantum morum virtutum: actio-
numque compositione elegantia atque
splendore reliquis civibus prestes.
Que a Britanico cogitata a vobis
splendidissimi eques haud quaquam
sunt perstergenda: neque oblivioni tra-
denda. Vos quippe hec non cogituros
sed facturos iureiurando promisistis.
Adiles namque vel gregarij vetustissi-
mo more: sacramento fiebat: cuius
rei testes locupletissimi sunt et Lice-
ro primo officiorum libro et Catonis
senis epistola ad pompilium impa-
torem monentis: ne filium suum qui
pugnandi cupiditate ardebat cum ho-
ste ingredi pariat: nisi se primum sa-
cramento obligauerit. In vobis
adhuc ista vetustissimorum militum di-
sciplina preceptaque perdurat. Non enim nisi

Litteraliter pronuntiandi

surati ad militiam auratam estis admisi. Cogitate quomodo vestram interesse. vos eos esse quorum officium sit aliene infirmitati succurrere. Nomen militis id apte insinuat. Et malo. n. arcendo perhibiologia deum est vni grammatici vetustissimi: tum maxime doctissimi tradunt atque idem quod supra Archidamum militem belli impulsorem vocat. Vos vero quoniam milites solum estis: sed equites nec egres solum: sed equestri ordine flos: plura maioraque decet: alia in pace alia in bello. In bello quod arma tenere suos ciues iuuare patriam ab improbis et sceleratis vexatas tueri. At in pace non deseret fortitudinem eque: ac propria auratam miles: si viduas vexari: si pupillos spoliari si hoies fortunae erigere: et vi et armis proprio fando pelli conspexerit: sese opponere debet resistere. et huiusmodi calamitosum genus hominum consilio et ope iuuare. Hi vestre custodie: vestre fidei traditi sunt: vobis patres erimij ex munere proprio pauperum iminet cura atque sollicitudo: propterea seorsum a plebe reliquisque ciuibus selectum locum digniore honoratioremque tenetis: sed iam in id reddeamus vni digressi sumus quam non ab hoc consolatorio genere dicendi alienum existimo: nihil puto dissimile: quod dignissimum pres ad vestras utilitates: honorem Britannici laudemque conducat. Non tamen in commemorandis hominum laudibus: quam adhortandis auimibus ad bene agendum et beatam immortalitatem constitutum est. Igitur Britannicum ob hanc inaurate militie susceptione pacem deo immortalibus hominibusque fidem semper misericordia pietateque insignem vidistis: eaque tam multa ac varia: ut quam alteram equestri officij partem intuenda. scilicet patria maiores

sui cumulate absoluerint: ne quid a Britannica familia decoris abesset ipse tantum alteram obseruauit ac coluit ut summa profecto sit laude dignissimus. Cui. n. vidue petenti: non fuit auxilio. Testes et olim mendicantium ordine viri religiosi ac semine eius in omnes personas cultui diuino dicatas officiosissime pietatis. Testes vos ciues qui ista ipsa frequenter oculis vestris obicere potuistis quando quidem fueratis multa consuetudine et familiaritate deuincti. Testes denique ut vnum referam ex multis infinitis pupilli ferme oes: ac miserioles aduersas passi fortunaz et urbi et vicini agri: quando coacta arma fremebat. eos nempe perpetuos dies duobus conductis pistonibus panes pasci iussit: neminem a domo repelli pauperem: nemini ostium claudi. Uex certatim undecumque venientes iussit. Deus phumane per benigne suscipi in hospitalitate. O singulari viri perbitate atque misericordia. Uicit in eipectore erga deum et proximi pietas: auaritie insatiabilem famem. Non. n. recusauit non extimuit: hac tantam elemosynarum largitionem: in ea permagna rei frumentarie charitate qua ferme tota Italia opprimebatur. Quid de illis virtutibus: que ad quietam Liuium vitam attinet dicam. Quam enim vacauit: qua non ornatus fuit: qua non excelluit que tamen eent digna memoratu: supra canem: tamen existimo referre vobis qui me longe melius ipsa teneatis studium. scilicet curam diligentiam: que ipse pacis interpres et auctor ad sedandas lites conciliandos et in amore ac beniuolentia confirmandos hominum animos frequentissime gessit. Ad ista igitur ista omnia facio. Taceo etiam

Sermones funebres

am trepidantem suam in paruis delictis conscientiam: qua videbatur spreuisse ingenue fastum: mundi gloriamque fallacem. Non enim vel elegantiore vel profuso cultu corporis: quandoque est usus qui magis se astrinxerat voto anulo atque cingulo aureo duntaxat exceptis nunquam alijs se ornamentis auratis ornari. Que res mee apud vos commendationis continentie atque severitatis sue fidem quam maximam facere potest. Constat enim apud nobiles veteresque Romanos plurime laudi datum fuisse Laio. Mاريو. L. Suffidio. Calpurnio et Manlio qui et alij quidam prestantissimi equites Romani auro nunquam vti voluerunt. Taceo amicitias per conubia suis auspicijs contracta optimarum et principum nobilissimorum: quas nemo nisi summe prudens neque promereri neque conservare potest diuitijs omnibus pluris estimandas abunde nactus est. De religione eius postremo atque in deum pietate: que lingua satis dicere poterit: que laus cum eius virtute poterit comparari. Cedant factis verba cedat sanctitati oratio necesse est. Eo siquidem magnitudinis amor. Britannici charitasque pervenerat: quod frequenter desiderio tenebatur se pro christi fide ac legibus vitam cum interitu commutare. Quare nullum potest afferri amoris signum ardentius. Quotidie si commode fieri potuisset. rebus sacris interesse volebat. Sepe ieiunij corpus premebat: quibus in illa sua assidua mentis ad deum elevatione atque orationibus sanctis attentior ferventiorque reddebatur. Quotannis patri nostro ac principi deo per delictorum purgationem que pro humana fragilitate generatum ab

omnibus fere hominibus contrabunt ad sacerdotis pedes reconciliabatur et quod est animi eternis rebus dicati ac prope divini quando per christiano more per singulum quemque annum ipsum dei nostri sacratissimum christi corpus sumebat: tanto spiritu et tam celesti rapiebat ardore: ut sese non posset luctu ac lachrymis cohibere. Spectandum sane et admirandum facinus annosus senex: et illa tam multa dierum granditate confectum iuvenit: esse constantique fervore. Non sui est dissimilis fuit: quum in hac sua ultima fata pervenisset. Tandem enim eucharistiaz et reliqua nostre fidei sacramenta paulo antequam excessit e vita sibi conferri poposcit. Quibus munit nos in hac miseriarum valle et tanto malorum turbine dimittens superos adiit: bene acte vite bonorumque laborum immortalia vitio: et excelsa premia suscipitur. Quis enim neget iustissimo cuique et optimo viro non patere expeditum iter ad celos. Quis vero britannicum nec contineri dicet inter iustissimos viros et optimos. Et his profecto quod illum animi sui probitatem: et mirificos nature igniculos: quos clari illi progenitores sui ei ingenuissent et has nunc vobis coram memoratas: aliasque complere consilio preteritas ingenuas viri conditiones meminerrit et equa ratione pertractari dictis meis fides abrogatur est nemo. De quo si hec a me pauca exili sunt excussa igno si dicta ieiune: si porum in fascem applicata: que suum digesta per ordinem: mihi queso perinte viri ornatissimi abstulit a me et cogitandi copiam et dicendi ipis angustia. Urget me etiam vester gravissimus conspectus quem ne protraham longius stant

Litteraliter pronunciandi

ut unum dixerō fines dicēdi factā. Ad vos adolescentes nobilissimi: quos veste luctuosa tectos videm⁹ et iter tot pecceres: tristes merētesq; sedere in hoc orōnis calce: noster se flecit sermo. Ad e casus vestri acerbitatez cogitatē subit qdā miseratio tristis vixq; fieri posset ut a lachrymis tēperarer: si mihi firma mens esset: vixq; probus: tā mansuetus: tā pius: et vobis tā dulces pdidisse. Quis nēpe: nisi ferre⁹: nisi duro ex silice natus: non doleat in amissione et tāi orbitate parētis. Cui⁹ vultus iocunditas et oris s̄monisq; suauitas vos spē vnicā posteritatis sue persepe consolari potuit afflictos. Ad e fortassis ista ipsa cogitando puenistis: ac p̄pterea vos tristitia debilitat: vestrūq; cor exulcerat dolor s; si mecū memineritis: quādo hāc in lucē venim⁹: nobiscū eē genitam mortē hūc luctuosum diē facili animo et equa mēte feretis. Nāq; non ut Democritus Empedocles Biogenes voluerūt: cāu res humane: s; nutu diuino atq; p̄uidencia gubernantur que animos hominū indissolubili et eterna natura creauit qd̄ et secutus est. Socrates sensitq; p̄clare q oraculo appollinis sapientissimus iudicat⁹ est: h̄ enim nō tū hoc tū illud s; semp dicebat animas hominū esse diuinas atq; ideo quādo ergastulo corpis soluimur et mortali hac carne exuimur videmur ad illā nostri animi immortalitatē traduci. Ipse se morientes in carcere Socrates: quē modo meorū hac ratione immortalitatis consolatus ē. Hac ipsa quoq; Biogenes. Carneades Possidoni⁹ Litomac⁹ diuersis etatib⁹ diuersoz hominuz lamenta minuerūt. Letez si horum philoso-

phoz: qz gentiles sūt apud vos parui auctoritas sit: in sese p̄ferat animus atq; īgeniū vestrū: et cogitētis quanta maxima potestis memoria nulluz a vobis hominē s̄m hūc nature et rez humanaz cursum inuētum iri: certo scio: q non fuerit magno mortis imperio superat⁹. Nobis quoq; paulo post moriendū ē: sic omniū corpora constituta sunt. sic fata volunt. sic de⁹ maximus iubet. Cui quuz possit repugnare nihil: nefariū est p̄travolūtate ei⁹ qcūq; deliberata animi rōne sentire. Sat vobiscuz vester au⁹ clarissim⁹ fuit. Jam sibi viuendus erat et alia vita fruendū et fortassis lōge meliore ea quā vobiscū diutissime d̄cuss. meq; quixit. Nec nitor eqdē vos in spē vna adducere. Enimvero nihil auo vestro clarissimo viro defuisse vidistis in vita ista mortali ex his q vel vera vel adumbrata bona hōes existimant. Fuit. n. nobilitate et maioruz gloria clar⁹. Senator p̄cipuus eques aurat⁹ insignis mox elegantia p̄posit⁹: iusticia: pietate clemētia religioe et multa animi vbitate ornatus: si sūt at ei adeo q sūma sapiētia cūcta gubernat vel nulla vel pauca corpis siue animi ornamēta negata in hac mortalium sede miserrima: q̄to credi par est imortales perenti sedes fauores p̄stitos quo in eterno regno beatorū felicitate p̄frui possit: nō nob itaq; dolēdū accōmodet septi rō: et ut ait Lomic⁹: si id qd̄ volumus fieri nō pōt id nob volendū ē: cui refragari nō l̄z. Hoc n̄a hec oratio: et hi ornatissimi viri a vob expo scunt: qb⁹ et in p̄mis vobis rectores Magnifici. Deide vobis brixianciues: q mihi dicēti tā faciles et tāta attentione aures prestistis: et q in

Sermones funebres

hoc supremo vite discessu Britan-
nicū nrm totāq; Britanicā familiā
ornatissimo conspectu vestro deco-
rastis. Si non quas debeo: saltem
quas possus ago atq; habeo grati-
go immortales. Deūq; maximū sup-
plex oro: vt z Britanicuz z nos oīs
ad sempiternū ocium beatorū tra-
ducere dignetur. Dixi.

Oratio pro aliquo doctore siue
aliquo phylosopho defuncto: fr̄is
Gregorij Britanici.

Sermo.

Siquis vestrū est vi-
ri doctissimi
qui forte admiret: q; ego
q; neq; ingenio neq; elo-
quētia is sim: qui in Anto. Bri. fu-
nere: laudes: ne dū orōe mea orna-
re: sed pene verbis referre possim
inter vos p̄mus: spectari atq; opti-
mi viri huius virtutes imenias au-
sus sim enarrare: hāc totā in Joā.
Bri. nost̄r cām vertat: q; potius sua
solita beniuolentia que aut auctori-
tate mea aut aliqua orandi faculta-
te: quas in me nullas eē sentio ad-
ductus hoc mihi dicēdi orus adie-
cit. Cui ex ea amicitia: que mihi cū
illo itaq; diu ē: haud equuz eē censu
morem suis in lachrymis negare.
Maiores tamē modū cupiebas: q;
cū de Antonio. Bri. defuncto ora-
tionē audituri fuissetis nō mei sed
ipsius Liceronis fuisset orō: qui cū
magna dicēdi copia tū exortatiōis
vi p̄ditus sit snia mea hāc sibi rē vē-
dicare debuisset. Tamē qm̄ carissi-
mi velut patris atq; suauissimi p̄ce-
ptoris morte, lachryme vt videris
hoc fieri vetuerūt hāc ad me rē de-
tulit. nō q; in dicendo aut doctior
aut vberior vobis sim: qui mihi se-
per p̄ceptores z magistri fuistis: s;

qu: huius ornatissimi viri laudes
mecū forte sepius q; vobiscū comu-
nicare solitus erat. Vt neq; mihi
tantuz assumerē viri litteratissimi:
vt Antonū Britā. laudatione mea
diuturniorē famāz cōsecuturuz pu-
tarez nisi integerrimaz eius in om-
ni parte etatis summā religionē: sci-
entiaz: fidez: p̄tinentiā: cōspicerē: z
si nō orando: enumerādo certe: nō
minimaz sibi gloriā vendicare po-
terūt. Ad. n. genus orationis: que
copia dicēdi: que aut dicēdi: scriben-
diue auctoritas huius nobilissimi
viri clarissimiq; phi: satis ornate sa-
tis digne laudes cōmemorare pos-
set: q; ipsas potius viuo q; mortuo
vtinā referre nobis p̄gisset. S; in-
cerus atq; inopinatus casus: hanc
optatissimaz nobis voluptatē inter-
cepit. Nā quū sumus pontifex con-
stantiā ire cōstitisset: nonnullosq;
sūme auctoritatis viros: z sapientie
atq; erga hāc n̄raz religionem h̄nsi-
gnū quadā pietate affectos sibi dele-
gisset. Antonūz p̄mo habere cōsti-
tuit: qui in hāc laudatissimā rez: ne-
cessariūq; negociuz ita oēm curam
studij diligentiaq; cōtulit vt neq;
vim vllaz: neq; insidias: neq; met-
p̄picere: neq; senectutis sue incom-
moda: aut labores extimare vide-
retur. Quo circa huius tā diu agi-
tate diuise lacerateque religionis
n̄re diuino p̄pe affectu p̄morus pō-
tificibus maximis: q; ipsius grauita-
tem: prudentiā: ac vitaz t n̄q; cele-
ste oraculo venerant: cōsiliū snias
quantuz in se fuit suscipiendas fo-
re: suadere conatus est. Et vt cetero-
rū bonoz iudicijsq; adhereret oēm
itineris longitudinem: frigora: hie-
mes: viap̄ asperitates: atq; mortes
si opus esset p̄ferre instituit. Que

Litteraliter pronuntiandi

cuz vt cogitaret pfecta fuissent in-
ueteratos grecoꝝ errores ad Roma-
naz religionē sua opera: ac diligē-
tia deduxit. Quo quidem off. cio oī
laude atque honore dignissimo qd
humanius fieri aut diuinius excog-
itari poterat. Quā corā. Quas sta-
tuas huic viro cui nullus honos: ni-
si debitus nulla grā nisi dignissima
reddi poterat hoies si in vita diuini-
fuisse statuisset. Ipse medijs fidi-
us nō solū vrbes. sed ipsi ppe dicaz
agricole et si nō pares maximos cer-
te honores Antonio decreuissent.
Sed cuz preter suā opinionē atque
omniū honoꝝ iudicium cōmune
omniū libertatē defessaz videret:
et ad vniū voluntatez redacta oīa
tandēq; pontificez suoz ad iugam
redactū assiduis febribus obsessus
est: paucosq; post dies dolore ma-
gis urgente: qui mō excessit e vita
imo si diligenter attendere: ac vere
iudicare voluerimus ad eā accessit
vitā ad quā maiores nostri suos il-
lustres viros ascendisse arbitraban-
tur. Qui cū suis curis ac molestiis
soluti fuerant: superoz immortaliz
centū audire affirmabāt: qbus non
modo statuas. vtz etiā aras ac tem-
pla dedicabant. Eoz sententias si
quis nostrū velut facinus probarit
nescio cur nō Antonio nro inter ip-
sos superos consti: utū locū iudice-
mus presertim cū totius anteacte vi-
te sue mores pspexerimus: oēniq;
p̄teriti tps ac pueritie rōnez recoz-
dari voluerimus. Quā demū ado-
lescens incredibili pene virtute sū-
mā fuisse declarauit. Quis. n. est q
tam singulari humanitate: et vere-
cundia: modestia: adoloscenciā suā
onorauerit: qui eo tempore omnes
libidines propulsauerit: qui omnē

sui corporis partem illesam sanctis-
simamque seruauerit. Qui teneris
adhuc annis se sic ad phylosophiā
liberaliūq; scientiarū studia cōtu-
lit: vt adolescens iter philosophos
et doctrinam et vita numeraretur.
Hec viri optimi paucis cōtigit le-
gimus. Platonez nāq; et Aristoti-
lez aliquot post adoloscencie sue an-
nos phylosophie operā dedisse con-
stat: quoz codices quos i senectute
et media philosophia haustos scri-
pserat hic adoloscēs magno studio
cōsecutus ē vt ceteras deinde sue eta-
tis ptes clarissimis virtutib; nedū
ornaret: sed vt nunq; et hominum
memoria euelli possent eff. cit. Hi
sunt gradus viri clarissimi: qui ad
dignitates: qui ad honores: qui ad
famam liberos ascensus parant.
Hec sūt ea virtutis elemēta que nō
sūmis ac nobilissimis viris solū ve-
rūciā in sūmis immortaliz gloriā vin-
dicant. Quis nimirū adoloscenciā
omnes vos semp probastis: qui taz
egregie traducta future senectutis
sue fundamenta his moribus ac vi-
ta iecerat: et que vsq; ad postremos
ipsius cineres sibi pudicitia: castita-
temq; seruauerat quam seculoz
nostrorum memoria litteratoꝝ
viroꝝ cōmendationes optimoz
hominū lingue diuinis laudib; ce-
lebrabunt. pari deinde virtute: aio
cura: oēs auaritie impetus propul-
sant. Que si solū p̄uatos penates:
veruetiā ciuitates: puicias oīumq;
ornamenta corrupit. Ab se. n. p̄cla-
re actū existimabat: cū minus pecu-
nie multum glorie domum repor-
tasset. Quāta fide: quanta integri-
tate rōnis: pecuniaz ex europa ex-
actaz quā totā pene iustrauit: quū ex
byzancij obsidiōe legatus ad ipsius

Sermones funebres

principes missus eēt Impatori suo designauit. Qui principes cū belli necessitate adducti: tuz maxime dignitate sapiētia: et auctoritate nominis moti: magnas auri parre cōtulerūt. Qua in legatione Antonij Britānici sapientiaz atqz fidem admirati maximis sepe premijs eum ipsum ad se ductus conati sūt vt suis in rebus gerēdis cōsilijsqz capiūdis tanti viri prudentia dulcissima qz hominis familiaritate vterent. Sed vt ab oī libidine corpus ita ab omni lucri suspicione animuz semper auersum habuit. Quēadmodū. n. ille ipse trāsalpine voluptates nullā in ipsū luxurie suspicionem inferre potuerunt. sed continentie potius sue cunctis: exēplū ac experimentū extitere: ita neqz illū auri sitis: neqz glorie aut honoris cupiditas: neqz ambitio vlla ab instituto operē retardauit. Nō referā clarissimis viris atqz optimis artibus Italiā ad quietē elegit: nō imminēsi demqz bello oblatū ocium anteposuit: sed tanta abstinētia vsus ē: vt que ceteri magnopere optare videntur ab se ea ipsa spernēda iudicauit. adeo vt non ex Britannea antiquissima ciuitate franchorum vrbe: aut ex patricia familia ortuz: sed velut e celo demissū homines iuerentur. Qua vero ceteris in rebus moderatione humanitate clementia vsus fuerit facile: omnes intelligunt. Nec scio an Xenocratem aut Tarentinum archyram: aut reliquos homines in phylosophia clarissimos Antonio Bri. nō modo antepondere: sed nec equare possum. Qui cū aliquando ab emulis atque inuidis detractum sue dignitati apud imperatorem intellexis-

set. nō modo eos cū facile posset vltus est: sed vltro se in piculis eoruz defensorē patronūqz cōstituit. Et in pla hec laus memoria Britānicorū nominis dignitas: atqz gloria: et vt modo dixi que ex mortalibus hominibus suporū immortalū cer^o auget: s; liberalitati eius quā aliā cōparabimus. Difficillimū est iudicare vtz maiore laude dign^o extimet: an ea qua in suos: an in alios vsus fuit. Cuius rei testes qz plurimi: nisi nota hec vobis essent: adduci possent vnū tamē Joānē Bri. nrz dicā: qz cū grecay lraz: i qbus nūc pitissim^o ē Antonū sibi pceptorē delegisset ab eo nō mō doctrina ac moribus ornatus fuit: s; multis alijs ppetuis ac maximis beneficijs sepenumero adiutus. Qd nomē min^o in oīs qz vel artibus suis vel opibus egissent fecisse pstat: qtiens eā mibi aut scie: aut alicui studiose rei opaz dare istituisent egestate ipediti: si Antonius desuisset icepta nūdū redescissent. Quāta vero pietate misericordia fuerit nō gratissima solū in parentes et necessarios beneficia: in cives suos in patria diuina ppe merita dederāt. Verū etiā in nrz religionē immortalisqz dei cultuz honoresqz augendos assidui labores postremaqz hec legatio demōstrauit. Que amandi rō illud ego ausus sū dicere: qui sepius a sapientissimis atqz optimis viris audiui cum in sermone de Antonij amicitia incideremus: neminem vnqz aut beniuolentia in omnes: aut amicitia in bonos viros ipsum antefecisse: neqz in comparādis ac conseruandis amicitijs maiorem diligentiam adhiberet. Nec id solū sibi ipsi psuadebat: verū etiā quuz nihil ipsi tam

Litteraliter pronounciandi

virtuti consentaneū: tam iocūduz:
tam necessarium: & iedīs & aduer-
sis reb⁹ extimaret. Dis quantuz po-
terat notos ac necessarios hortaba-
sur vt ceteris rebus humanis ami-
citiā anteponerent. Nihil etiā vl'
ad augendam gloriā vel ad ppriam
communemq; oīum utilitatē pser-
uandaz mai⁹ neq; viro bono digni-
us a natura dari posse dicebat. Hi
sunt viri clarissimi: humanitatis &
sapiētie fruct⁹: & expressa hec signa
virtutis cōiq; oīum consensu di-
uina nature pmedatio. Que etiam
si morte hac extingui non valeant
tanti viri consuetudine nos mini-
me tamen orbatos video quorum
oīum nostroz dolorem amicoz ac
necessarioz luct⁹ merorem patrie
dom⁹ Britannicoruz calamitatem
quo pacto possim sine lachrymis re-
ferre non video. Ea enim etate no-
bis ereptus est: qua bonis artibus:
optimis disciplinis: & grecis & no-
stris: haud parā prodesse poterat.
Nā vt primum ab his scholis qual-
toto aīo conceperat soluitet: omnē
ad scribendi studiū opam atq; oci-
um contulit. O graue atq; acerbū
diē hunc: qui non soluz domesticis
ac ciuib⁹ tuis. verū etiā externis hāc
tuā mortē nunciavit. O lugubres
epistole nup hic plecte lachrymarū
ac tristitie plene. O soror hoīuz igna-
ra instabilisq; fortuna q̄ repente ea
pgratulatio: cupiditas: ac voluptas
quas tui iocundi redit⁹ expectatio
paulo ante tuis oīb⁹ afferebat: ad la-
chrymas pcederunt: q̄ nos vndiq;
ad luct⁹ nostrosq; merores dupli-
cāt. & imp̄mis carissimū necessariū
tui viri ornatissimū: atq; illa tua no-
bilissima familia dignissime Joan-
nis Britanni lachryme mouēt: que

certe me plurimū ad dicēdū impe-
diūt. Qui qd infelici⁹ accidere: aut
accerbi⁹ inferri poterat mihi scio.
Hic est q̄ generis tui dignitatz: stu-
dia honores ceteraq; patrie fami-
lie tue ornamta lacerata peneq; ex-
tincta non modo clara sobole: sed
optimaz artium disciplina: quas
abs te olim didicerat fauēte deo re-
ficet. Sed omittamus nūc de Joā-
ne dicere: cui⁹ humanitas: scientia
īcredibilis: virt⁹ ac sapientia alios si-
bi locos vēdicare potuerūt & ad id
nra redeat orō: qd̄ supius dicendū
erat cū Antonij studiū & industriā
pmemorare: cui⁹ ingenium ego. ipe
q̄ nihil de eo mai⁹: aut mirabilius
antea audierā afferri posse credebā
sepi⁹ ac vebemēter admirat⁹ sum.
Nā cū iam gradis eēt: nulli⁹ pcepto-
ris auxilio nras pdidit lras sibi
oneri visū ē: cū tot ānis p hys studiis
vacans ad puerilia litteraz elemta
& reuertī cōmoda atq; ociū asp̄nari
sonuz ac voluptates oēs reijcere to-
tūq; id t̄pis qd̄ ad res suas fāhiles
ob eūdas qd̄ ad ipaz corpis recem-
dari oportebat: oēs i hāc nra: sciaz
pdiscēdā cōtuli: in q̄ paulo post tm̄
p̄fecit: vt doctissimis litteratisq; vi-
ris nostris eū equar̄ latini minime
dubitauerint. Qd̄ haud nostraz so-
lū illustrādz causa: quas clarissi-
mis p̄his: eloquētissimis oratorib⁹
sūmisq; bonaz artium doctorib⁹: re-
fertis audierat: verū ad suā & p̄pa-
gandā & cōseruādā sciētiā fecisse vi-
det̄. Nā quū grecos oculis vestrum
adhuc ita patere video: vt nūc vere
creder̄ icipiatis grecos hoīes hoīuz
quondā sciarū: oīum bonaz artium:
oīs vite: optimarūq; rez oīuz inue-
tores pceptores magistros fuisse:
quum Antonij vestri. vūā peripici

Sermones funebres

sis: quod omnibus in rebus ita irrephesus
vixit: ut bene beateque viuendi cunctis
se speculum exhibuerit. Quod quidem
quum mecum reuoluo tandem vobis
spectatissimi viri mihique persuado
equo animo Antonij mortem esse per
ferendam: quod ita ex hac nostra vita excel
sit: ut immortales ipsius animum: et ad
meliora proficisci et nobiscum semp
esse arbitrari possimus. Sed quo
nunc te virtutes grecia. Quas parabis
lachrymas. Philosophorum omnium
tua genus Antonij morte mihi pe
ne sepultus videtur. Cui post hunc va
cuas scholas tradis. Cui veteres tuo
rum illustrius virorum anales. Cui
quondam ex maioribus tuis ortam
philosophiam assignabis. Quas si
bi heredes institues. Te ipsas luge
re oportet. Nihil enim mali accidit
se Antonio sed tibi arbitror. Et si
quod accidit tui solus infortunij mero
re accidit. O Socratis sapientia.
O platonis diuinus ingenium. O Ari
stotelis admirabilis cunctis in rebus
ordo. O Demosthenis eloquentia om
niumque philosophorum Atheniensium gym
nasia cui nunc ex vestris tot vigilias.
Labores: famas committeris: quod in
fortunij tibi infelix grecia addi pote
rat: nisi ut tot regibus exactis: tot
urbibus euersis: tot rebus publicis
deletis tanti quoque philosophi deco
res amitteres. Sed quum nihil hac
re certius homini a natura datum
sit: neque reliquis in rebus nostris sem
piternum aliquid aut diuturnum fecerit
compositis animis ferenda sunt omnia. Unum
enim tibi persuaderi non omittam: quoniam illu
strissimorum. Imperatorum: atque horum vi
rorum quos nunc dixi: spiritus sedes ac domi
cilium fuisti: ut non solum huic locum sta
tuas: aut ea corporum simulachra eri
gas que preteritis hominibus dedicabas: sed

suam immortalium virtutum eas constituas
effigies: quae apud futura secula sem
piternam de se laudem predicet. et ne hoc
claro viro minus est grata videre im
mortalis ipsius memoriam cole. Cole
pertinentiam moderationem humanita
tem cole liberalitatem: quam in propinquos
in amicos in patriam gessit cole studi
um doctrinam diuinam humanarumque
rerum sciam hominis tui: vos autem vi
ri eloquentissimi notate quod eius opa
nostre tamen illustrate sunt littere. Sed re
cordatione ac desiderio amicissimi
atque amatissimi Antonij nostri glo
ria illius nominemque totis animis atque ore
celebrabitis. Nam cum omnibus rebus
terminos licet certos natura posuerit:
horum tamen viros eternam apud mortales
fama: nisi interierit negligentia scri
ptorum: ingenia tamen artesque reseruant.
¶ D. Jo. Britani in obitu magni
Magistratus Buxiani Nicolai duo
do habita Buxie. ¶ Sermo. vi.

Quod sapienti mihi
Magnifice pretor vosque
Amplissimi Patres Bri
xiani accerbissimum luctuosissimumque
merorem: quem ex obitu Nicolay duo
do huiusce nostre urbis perfecti opti
mi concepistis aliqua ex parte leua
re duo quidem occurrunt: que nobis
sane non molesta esse non possunt: alterum
quod ea me non esse eruditione intelli
go: qui eas possim vobis afferre com
solationem: qua vnumquemque vestrum
maxime egere cognosco: alterum
quod videam mihi tam paruum tempus
spacium ad cogitandum esse datum:
ut et expectationi vestre et volunta
ti mee haud quamquam satisfacere pos
sim. Nam multa enim preclara erant
itaque magna egregia laudem extol
lenda. quae de huius vita pariter et mori

Litteraliter pronunciandi

bus dicenda erant ut incredibili dolore non affici non queam eo me dicendi capto coarctari. ut effusis habenis: ut vos fortasse et cupiebatis et ego volebam vagari non liceat. Accedit preterea hoc quod tanta animi perturbatione posternor: ut ego non minus in tanto luctu consolandus sis quam vos quos consolatur accedo. itaque magnifice pretor vosque ornatissimi pres Brixiani faciam ut potero operaque dabo ut quibus in hac mea animi molestia remedijs utrobis etiam vos. si aptioribus non licuerit. uti mecum una possitis. In tantum talisque viri obitu ingentem esse nostram iacturam non negabo. Is enim nobis morte sublatus est quo et maiorum gloria et sua ipsius virtute alium neminem. neque excellentiorem. neque innocentiorum nostram fortasse novit etas. Si itaque ea que ad familie sue splendorem pertineant intueri voluerimus et perspicere ea esse ortum familia intelligemus: cuius atque ipsius prima beneficia in reip. Venetaru: tum obsequia. tum etiam augenda extiterunt. Ex tribus enim. scilicet tribus Thoma. arsenio leone: quos et preclaros viros vultu tria. reip. sustentacula pepit domus duoda. Pres habuit Arsenium vix illum quem etas sua omni honorum honestatum vidit. Senatorum. n. ordis cum eet totius sear. consensu constantinopolis rector et magistratus baiul. quem vocant creat. e. quem quidem magistratum ea animi integritate rexisse fert. et moderat. ut in prius reuersus Venetiarum ilico consiliari. sit designat. Qua in dignitate quam sancte quamque sincere se gesserit illud iudicio est. quod sequenti anno decem virorum caput. quod aiunt creat. e. Que dignitas quam seuera. quamque omnibus formidolosa sit et terribilis: meo est vix

quod non cognoscat. Omitto autem quod etate iunior. Triremium prefectus fuerit: quod Ionium egeum: et omnia deinceps Asia ab hostibus et piratarum incursione tuerent. Que omnia dignitatum genera velut hereditaria reliquit duo fratres Thomas et leo sunt affecti. Thomas enim. scimus classis maritime imperatorem fuisse: ex qua re tantum laudis et glorie reportauit ut et terrestri exercitu gubernator: senatus decreto constitutus cuius vigilis consilio et animi prudentia hostes sepe fusi fugaque sunt. Leonem patruum alterum et si ego taceam: cuncta nostra ciuitas nouit preteritum suum. Que magistratum quanta victoria et animi innocentia administrauerit cum unusquisque vestrum intelligat non est necessarium commemorare. Eius corpus humi sepultum in hac nostra ciuitate quiescit. Hunc eundem constat duces crete ante fuisse que dignitas quanta sit illud vobis documeto esse potest. quod ea insula olim Asiatis potentis Regis sedes fuerit: et regnum laboranti domo centum vobis habitata: postea in vrbes reuersus decem virorum omnibus suffragiis principatum obtinuit. Nicolaus autem cuius honore video vos omnes tristes et mestos Arsenij supradicti filium: Thome et leonis nepotem cum optimus semper fuerit senator: constat primus olus nauis: que in egyptum quottanis ad merces exportandas mitti solent: prefectus fuisse: mor et illis impasse: qui in Britannias et occidentes nauigant: Quam dignitatem cum iam in patriam remeasset subsequuta est prura Rauenas: tum in teriecto paruo temporis spacio adeptus pruras Bergomate. Quibus in locis tam sancte tam iuste versatus est ut in patriam reuersus: decem viratum

Sermones funebres

summa cū laude gesserit: postea in hac Ciuitate nostrā nō sine magna oīum vestra expectatiōe missus sit p̄fect^o. Ubi ob egregia sua benemerita: ita omnibus fuit carus et acceptus. ut eius ductu tota ciuitas seip̄as quotidie felices appellauit: mirabiliq; beniuolentia homines obseruauerit et pietate. In eo enim oīa erāt et que Plato sapiēs: et summ^o p̄his optimo principi vendicāda cē fuit. Ea enim fuit integritate et iustitia: eaq; prudentia. et animi moderatione stipatus: ut cum nonnulli singulari aliqua vel ingenij vel doctrine vel virtutis p̄sentia inter ceteros siue illustres solus ipse oēm simuli laudem se cōplexus. Quicquid enim agebat secū ante diu multūq; meditabatur: quicquid et cōsiderabat: quicquid dicebat mirā semper p̄ se ferebat bonitatem: veritatem et sapiētiam. Nihil enim ab eo fictus. nihil simulatū: nihil deniq; ineptus p̄ficiscebāt. Illuc etiā eius omnes animi cogitationes rēdebāt ut munificentie sue sinu ac gremio inopes et pauperes complecteretur. Qua quidem vna re nihil in homine potest esse excellentius. Innocentiam et abstinentiam quātopere in se ipso tueri p̄sueuerit: quod ignorat ē nemo. Tātū. n. a rapinis: et a p̄dis animū alienū habuit: ut turpi^o nihil: neq; fedi^o vnq; duxerit: eo qd largitionib^o et p̄mijs corrupt^o nō facit qd iusticia faciūiri postulat. Ill^o et sp̄sibi qdā naturā dōitate vēdicauit: qd Pericles mōebat Sophocle^o ut nō solū oculos abstinentes hēret: s; mētes et cogitationē omnē. Et qd in magistratu dignius: aut glorioius agnosci possit. Nōne etiā illud miris laudib^o efferēdū est qd ita cūctis

in rebus turbulētissimos iracūdie et indignationis impetus coercuit: ut ad animi moderationē imitandū sibi Aristidez assumpsisse visus sit. qui villicus qui deliquerat punire iratus noluit. Et probe quidē. Nemo enim iratus recte iudicat: nec alios qdē quis v̄ bñ et sapiēter moderatur: qui seipsum nequit. Et quid multa. Nihil sibi ducebat potius q̄ iusticiā: et pietatē. Oīa ad officium boni viri: oīa referebat ad deū. Ea animi religione vixit: ut ex ore eius quod turpe esset: quodq; offendere posset quemq; verbum non exiuerit. De virtute semper erat oratio de re graui et seria loquebat. Quanta animi fortitudine semper fuerit vel ex hoc solo cognosci licet. qd in tam graui tanq; diuturna valitudine nullam vnq; perturbationis significationē ex aliqua parte indicauit. Immo vero omnipotenti deo gratias innumeras quotidie agens ita casum suum patienter ferebat. ut ab ipso deo: in hoc egritudinis et morbi satis non esset: aliud sibi maius postularer dari: ut merito certe alterum. Job possumus appellare. Que omnia eff. ciūt ut hūc virū optimus et sapiētissimū diiudicemus sit necesse. Quam enim generis fragilitate: ita mouerat ut hec que telis fortune subiecta sūt que nos bona appellare cōsueuim^o ut caduca et fragilia flocefecerit semp̄ nihilq; sibi excellentius. Nihil glorioius comparatum iri putauerit quam ex omni parte ita vitam suam componere: ut cum ex ea migrandum esset celi portas sibi parentes inueniret. Darius enim omnibus qui patriam: ut ipse fecit: conseruauerit: adiuuerint sanxerint: certus est.

Litteraliter pronuntiandi

se in celo locum definitum ubi beati sempiterno euo fruuntur. Nihil enim illi principi deo qui omnem mundum regit: quod quidem in terris fiat: acceptius est: quam iusti ciuitatum rectores et conseruatores. Quis igitur non iure doleat atque animo uehementer crucietur in huius uiri obitu qui ad humani generis beneficentiam et ad aliorum potius commodam et utilitatem quam ad suam ipsius naturam erat cuius tamen amissionem patres optimi vel equo animo facile feratis: tristitiamque uestram et merorem omittetis memores ea nos lege nature creatos esse: ut ex his uinculis corporis tanquam carcere omnino sit euolandum. Quis quid enim sit lege naturae: id et facerbum uideri solet: ob infirmitatem humani generis: profecto non modo in malis autendum non est. Sed in bonis potius. Nec enim quos nos extinctos uocamus mortui sunt imo uero uiuunt: et haec quam dicimus uitam mors est. Et enim que mors appellatur: quedam est separatio ipsius animi a corpore hoc est immortalis nature a natura mortali. Itaque qui uinculis et mole corporis soluitur. liber certe est: magis ac magis uiget et sapit. Quare si recte uolumus rem ipsam nobiscum animo uoluptare: non est nobis morte sublatus Nicolaus Duodo: qui ex his tenebris: intollerabilibus erumis: humane uite in celeste regnum ad uitam sempiternam: eamque lucidam et perspicuam omnique gaudio abundantem euolauit. Recepti iam premia bene acte uite: fruuntur conspectu omnipotentis dei: quem in hac uita tam pie tanquam sancte coluit: ut ipso Iesu christo nihil esset ei

dulcius nihil suauius. Nunc apud eum letatur: gaudet: exultat: quod id bonum tandem est consecutus: quo aliud nullum neque dici potest neque cogitari: aut felicius: aut beatius. Quamobrem Petre Duodo: ut ad te conuertam: cuius animus patris tui amissio maxime concussit: te hortor rogo patienter feras obitum: cum iam liquido cognoscas ob bene sancteque actam uitam: in eam: sedem in eumque locum celi receptum ad quem quisque optimus ab omnipotenti deo recipi solet. Uidisti enim quanta animi et corporis patientia ualitudinem suam tulerit curaueritque more optimi christiani omnia christiane religionis sacramenta sibi dari: ut de se id uere dici possit. Beatus seruus quem quum uenerit dominus inuenerit uigilantem. Conscius tu petre eius innocentie: conscius bonitatis: conscius: et misericordie in omnes: ut omnino tibi sit manifestum ab eo premia illa recepta: que deus omnibus iustis et pijs promissit quam dicit. Beati misericordes quam ipsi misericordiam consequentur. Crede ergo Petre: crede ois Nicolaus misericordie diuine sinu exceptum: apud ipsum deum sempiterno gaudio frui. Quam misericordiam et tibi et nobis omnibus omnipotens ipse deus larga manu donet: ac tribuat per omnia secula seculorum amen. Unum nobis restat ad agnitionem pro: uosque ornatissimi Patres brixiani: ut immortales omnibus uobis nomine Petri totiusque familie. Duode omnesque eius cognatorum et propinquorum gratias agamus: qui eum alias sepe nunc demum maxime ostenderitis: quanto amore: et obseruantia Nicolaus

Sermones funebres

Quodo colueritis. Quis obitum:
amissionemq; tanto animi luctu.
z i q;lore: hodierna die psecuti estis
vt calamitate vobis cum Petro: z
ei familia coez esse duxeritis. Quo
rum oim benignitatem vestraz z
beniuolentiam ipse Petrus cu to
ta sua familia nobilissima pollicet
se semper recordatur. Dixi. 1. 91.
Oratio pro quocunq; Principe
Capitaeo z Magistrate. legato. Do
ctore omni scientia celeberrimo.
Attributa domino Carolo zeno.

Sermo vij.

Quod Arimum et
amplissimū munus Il
lustrissime pnceps ho
dierno die ad me delatum video q
dignitati ac magnitudine reruz. de
qbus dicturus sum omne ingenū
z eloquentiā imparem esse cogno
sco. Non. n. video vbi lati: vbi sub
limius mea potuiss; versari oratio
q; de clarissimo ac ornatissimo viro
Carolo zeno dicere: cuius interitu
nō florētissima mō nra respu. verū
etiam totus terraz orbis singulare
quoddā dec; ac ornamentū amisit.
fuit. n. natura vtrūq; glia tam excel
lens: vt et h; vno etas nra potuerit
in oī genere laudis cū antiquitate cer
tare. Qui quum vix aut parū a lris
suum aium auertere sentiret easq;
sensim sinistra rez ac tempoz varie
gate extingui cognosceret ne ipsorū
studior; ver; illa glia deficeret. Ita
liam nauigauit clarissimāq; z cele
berrimā vrbez Florentiaz applicuit:
doctiss. mis hoib; optimisq; studiis
affluentē: nōnullasq; et Italie pres
summa oim expectatione z diui
nis ppe laudib; adiit: vbi z si q; plu
rimos magnitudine ingēij z indu

strie viros excellentes esse intellige
ret: nullū tñ vel minimū absq; no
stris lris inexcusum religit. Quas
paulo post ciuitates eum grecis di
sciplinis tū optimis artib; sumisq;
virtutib; ita ornauit ac instituit vt
z peritos z bonos viros p multos
efficeret. adeo vt non p senna mō.
sed futura etiam secula ingēris suo
nomini grās: nisi ingratiissima fue
rit referrent. Nonnulla eniz que p
teriorum hominum: aut negligē
tia aut aliqua alia culpa ex veteri
b; annalib; nostris ac codicib; exci
derit Caroli industria ad lucem re
dierunt. Hoc etiam concedi posse
arbitror; q; ex his litteris per mul
tum incrementi auxiliij z facultatis:
nostris studiis addituz sit. Quam
plura Platonis ac Plutarchi mo
numēta Demosthenis reliquorūq;
virozum illustrium libri nostrorū
excellentissimorum hominum atq;
grecorum gesta apud nos velut an
tea latuissent. nisi tantuz Caroli be
neficium nostris hominibus grecis
rum litterarum scientiaz: studiūq;
suañset. Sed vt hec z vobis: z toti
orbi nota pretereā non ne inter na
turalis hystorie ac phie princeps
Carolus annumerat; est. Quū eniz
ip; grauissimas scias audio: ipsuz
illū medi; fidi; galū quez apud La
tonem maiorē legi visus sum vide
re que in studio celi metiendi: atq;
terre ipse Lato pene emori videbat
Qualis in rez diuinaruz cognitio
ne fuerit. que metaphisicē greci ap
pellant. vir grauissim; sacrarūq;
litarum princeps maxim; Joānes
Fabrian; testis est: qui cum Caro
lo quattuor z viginti questiones sol
uendas posuisset nullo per id tem
pus studio precedente nullis tunc

Litteraliter pronuntiandi

perlectis codicibus: diuina quasi sententia
ac grauitate discussit: nec absque ma-
xima pitissimorum hominum astantius
admiratione: ac laude. Eloquentiam ve-
ro eius admirari magis quam laudare
cogor. viri doctissimi. Cuius dicen-
di ac scribendi. vix ex his que apud
nos scripta extant: percipimus et in
ea maxime vtriusque romae laudatioe:
quae in grecis editae imperatori
misit. In quo in auditum hominis ingenium
incredibilis verborum vbertas sententiarum
copia non ut ex arte confecta: sed ve-
lut diuino quodam ore prolata sint ple-
guntur. Et ne quod studioso homine di-
gnum: ipsius ingenium denegasset: agri-
colendi scientia et voluptate mirifice af-
ficietur. Qua Catonis sententia: ad
sapientis vitam prime videtur acce-
di. et ut illi seni optimo ac sapienti
uisus est. nulla beatior vita esse po-
test neque solum officio quam hominum generi
vniuerso cultura agrorum est salutaris
sed etiam delectatione: et saturitate
copiaque rerum omnium quae ad victum hominum et
ad cultum deorum pertinet quaedam in ea reso-
lertiam Carolus adhibuit omitto
que ex sparsis seminibus generatur
pratense siluam: ceteraque: que absque
alicuius opere. terra largitur. Tra-
seo pecudes et apud examina hortos
pensiles praetereo: quos suo ingenio
suis manibus struxerat cupressus:
omniumque arborum ordines. Quibus
in rebus neminem sibi unquam vlla etas
anteponet. Qua fortitudine quibus
moribus suam omnem etatem gesserit
dicere praetermittam: quoniam ex his
que pauloante commemoravi quibus
in hoc tam communi praesentissimorum
hominum concursu atque frequen-
tia neminem esse videam qui non
sit vniuersi viri desiderio suique fune-
ris pietate vehementer affectus.

Que quaequam ita sint humanissi-
me princeps iniquum tum esse duce-
bam ut ego: qui cuius optimos omni
semper laudationis officio persequendos
esse putarum: hoc tamen egregium ho-
nestumque laudandi munus recusa-
rem ab his ad me delatum quorum
beneuolentiam et auctoritatem meo
de me iudicio preferendam arbitra-
rer. Solebam praeterea Patres anti-
plissimi et indignum esse censebam.
nobilissimorum funerum laudes: in
hac potissimum: urbe: tantum humani-
tatis: ac eloquentiae studio affluenti:
ab externis hominibus usurpari: quibus
id et maxis et optimis civibus quos
omne pro patria officium explere de-
cet prisca laudabilique consuetudine
concedi soleret. Ego vero cum nec in-
genium nec eloquentiam: nec etatem
denique meam parem huic loco aucto-
ritatem praestare posse confidam: omnem
spem meam atque consilium humanissi-
me princeps in te locavi. Soles. n.
per innata tibi mansuetudine cum de
laude civium tuorum agitur et eorum
maxime quae de reipublicae meriti sunt
aures tuas incredibili quadam atten-
tione prestare: vos quoque patres op-
tissimi: qui huius funeris decorandi:
causa tanto studio: tanta inusitata fre-
quentia convenistis: omisso dolore
aures iam vestras accomodate his
laudibus quas de vita: de ingenio
de virtute: de gloria huius prestan-
tissimi nostri civis dicturi sumus.
Que cum quanta sint mecum conside-
rare: vereremur ne maximae rerum
vbertas orationis modum excederet: sta-
tui ea tantum: que vestra expectatio-
ne: aut huius funeris amplitudine
digna essent: breuiter oratione complecti
Non dicam de huius in qua na-
tus est: civitatis gloria: et splendore

Sermones funebres

que rex a se gestarū magnitudine: incōparabili diuturnitate libertatis: p̄stantia ciuiū: z nouitate quadā ac sit⁹ oportūitate: vix vlla laude digne ornari posset. Nō dicā de antiqua: patriciaq; familia sua: que tot egregios ciues edidit: vt non satis p̄stituerim plus ne illa huic ciuitati. an hec ciuitas sibi splendoris attulerit. Nō dicā de iustissimo ac fortissimo viro Petro zeno p̄re suo: q̄ nescio an quisq; eoz quos vnq̄ vidimus aut audiuius aut legim⁹: gloriofus mortē obierit. Qui classis Imperator aduersus Adorbasanum xp̄iane religionis crudelissimuz hostē: vna pro deo immortalis: pro patria: pro sociis p̄ amicis: pro sua deniq; dignitate tuenda acerrime dimicādo: ad smirnas cecidit: vt vna morte oē gloriosuz facinus: vno facinore oēm gloriosuz mortē pariter sit amplexus. Nō dicā denique de liberis: non de necessarijs: nō de amicis qui quales in eū fuerint ex eoz lachrymis z merore: cognoscite. Sūt alia his maiora Caroli nostri ornamenta. Quis. n. vt a vita incipiā: nō vere miret̄ p̄clarā ois etatis sue institutionez: qua nihil aliud p̄sus: quā aditū ad sūmā gloriā quesisse vidus est. Primū. n. pueritie sue partē: mortuo p̄re lris erudiendam ornandāq; putauit a quibus quicqd̄ ocij z intermissio- nis dabatur: nō ad ignauā: aut lutz: sed partē ad corporis: armorū q; exercitationem: aliqd̄ etiam opere musice: ac fidibus accōmodauit vt principem grecie Temistoclem: cui forte in omni gloria par fuisset: in hae laudatissima parte superaret. O liberalem institutionem z preclara humane vite fundamen-

ta quibus athene ille oium artium inuentrices neq; plura neq; meliora potuerunt excogitare. Itaq; vt primū ex ludo: atq; his puerilibus erudimentis excessit vt illustrez aliquem ocij sui fructū ex negocio vēdicaret in miliciam cōfestis profectus est. In qua quū igenio: virib⁹ fortitudine ceteris facile p̄stitisset: ad pontificem maximū expectatus adolescens concessit: a quo dignitates quādam apud patrias etate sua longe ampliorē est assecutus. Pulcherrimū profecto iudicium z maximo pontifice dignū: qui cū adolescentem moribus z disciplina egregie p̄dituz cognouisset: non virtutem annis sed ānos virtute mentēdos esse putauit. Patras ergo trajiciens cū difficillimas pacis z belleres: cū consilio. tū opera z imperio ministrasset: in varias deinde terrarum regiones ennauigauit: tuz orbis vissendi studio quod plerosque sūmos z viros z p̄hos secisse legimus: tū etiā vt nauigalis rei disciplinā: qua potissimū vnusq; referctus iter mortales valere plurimuz iudicatur: longa exercitatione tene- ret: his artibus p̄dituz cum in patriā in sūma rez ac tēporū difficultate venisset: apud patriciū ordinez: z senatū amplissimis honoribus: z magistratibus cōtinuo est donat⁹. In quibus tantū fortitudinis atq; constātie: tantuz consilij ac prudentie declarauit. vt expectationē oīuz que de se maxima erat clarissimis rebus terra mariq; gestis facillime superarit. Quarū cum maxima fama celebrata esset pleriq; illum potentissimi reges desiderabant. Aliqui vero apud se habuerunt his tamen annis. Quibus nostra respu-

Litteraliter pronuntiandi

blica cum tranquillitate et ocio saepe
prestanti. Sumorum hominum copia:
quam plurimum semper excelluit
fruebatur. Quid vero demum is
gravi iam etate confectus. cum a re
publica cui: omnem ferme vite sue fru-
ctum: et agendo et consulendo pre-
stitit in ocium se contulisse: quid
in qua suo ingenio: sua virtute: sua
gloria dignius: aut facere: aut exco-
gitare potuerat quam senum suorum
inumeris laboribus: longa vigilia
crebra navigatione: assidua militia
varijs fortune casibus: ac pericu-
lis iam defessum suavissimis et ho-
nestissimis litterarum studijs con-
solvare. Sicut Solonem Latonem
Lucillum multosque clarissimos vi-
ros senectutem suam solitos laxare le-
gimus: in his tamen studijs. Hinc
non ita modeste versatus est ut cum nul-
la iocundior voluptate haberet
vita nunquam tamen: neque patrie neque
amicis privato consilio defuit. Quo
pacto otiosae vite aut prudenter: aut
pulchrius potuisset consulere: qui cum
probe otium ad negocia retulisset ita
perfecte utrumque complexus est ut ex eis
maximas virtutes et amplissimam fue-
rit gloriam consecutus. quid honesti-
tas ex ocio socrates. quid ex negotio
clarus alexander. quid scire potuerat: hec
itaque quam per maxima sunt praesentia opti-
mi existimo tamen ab his qui prestanti-
ssimum hunc hominem cognoverunt haud
minus divinum illud ingenium lauda-
ri de quo cum hoc mihi loco dicen-
dum sit lector in primis humanis-
sime princeps que apud te dico: quod
id cogitatione potest quam verbis equare
posse intelligis. Scis enim quanta
ingenij celeritate viguerit: quantaque
in perspicendis rebus facilitatem
habuerit qui non discere: sed remi-

nisci: non apprehendere: sed tenuis-
se prius omnia visus est. An forte
poterat ingenium illud rerum subli-
mitate superari an varietate confu-
di. An multitudinem obzui. Dicam
profecto illustrissime princeps. dicam
que te sentire non dubito: neminem
facile potuisse: aut in rebus altis sub-
limius: aut in diuersis perfectius:
aut in multis copiosius dicere: atque
ornari. Legimus plerisque sum-
mos viros eximia ingenij magni-
tudine floruisse: sed eam tamen et nu-
mero rerum et proprietate quadam
fuisse finitam: aut non in omnibus
sed in quibusdam tantum artibus
excellere potuerunt: hanc autem pro-
fus nescio: ad quem primum inge-
nij usum natura genuerit: cum sin-
gulis in rebus non versatus: sed ge-
nitus esse videretur. Nil minus ta-
men ex ea ingenij facilitate studij et
vigiliarum in cognoscendis rebus
adhibuit. Ad quantum ceteri: aut lu-
dis. aut spectaculis aut eiusmodi
voluptatibus ad corporis atque re-
quiem temporis concedere solent totum id Ca-
rolus ad relaxandos publicos hono-
res iocundissimis litterarum stu-
dijs continebat. Maximus fuit in
eo colendi ingenij ardor: et vehemens
optimarum artium studium. Adul-
tos ille eruditissimos ac summos
viros hospitalitate donavit. Adul-
tos preterea singulari quadam co-
gnitione: ac amicitia dignos fecit.
Quo enim: ut alios omittam: stu-
dio qua humanitate et intonum mas-
sanum eloquentissimum et integrum
hominum ac divinarum artium
eruditissimum coluit. Quanto amo-
re ac usu Svarinum nostrum grece:
ac latine lingue peritissimum com-
plexus est. Non Lisander Archylocu.

Sermones funebres

non Athenodorum Lato: non Luculus anthiocum maiori consuetudinis ac humanitatis officio prosecuti sunt. Uides sane vir sapiens quantum ad gloriam: atque laudē hęc litterarum ornamenta conducant. Quaz quū philosophiā potissimum ac oratorium mun⁹: tū ad bene beateq; viuendū: tū ad publica hoīuz utilitatem cōferre intellexit non quātū occupatissimo viro z in quotidiana maximaz rerū varietate versato: sed quātū aut philosopho aut oratori par fuerat in his est artibus assecutus. Quid. n. illam sublimē philosophiē cognitiōnem extollā: Quid illū dicendū vsū ac rōnē edisseram: Testis es tū Illustrissime princeps vosq; p̄res conscripti q sepe cū in senatum rogati cōuenissetis suauissimā illam vocē grauissimasq; sententias maxima semp eūz admiratiōe audiūstis. Testis ē Romana curia: que hunc ipsum⁹ quattuor z decem annos orantē sūmo studio laudauit. Testis ē Italia. Testis est greca. Testis ē gallia: Testis ē gallia. Testis ē britānia. In qbus sepe cū altissimas cās grauissima orōne p̄orasset. singularē sp̄ dicēdi palmā oīuz doctissimozū hoīuz iudicio ē p̄secut⁹. Quid illam rei militaris disciplinam laudem. Nullū est tā nouū: tam inauditū bellozū gen⁹ qd̄ illi cū nostra: tum etiam aliaz gentiū fortūa ignotū fuerit. Quid diuinas z humanas leges commemorē. Quid patrias consuetudines: Quid iura gentiū. Quid varias hominū naturas. Quid situm orbis: quid ipsam p̄pe oīum rerū ac artū cognitionē. Que oīa ipse Carolus ita egregie tenuit: ut vix

credibile sit aut a multis hominib⁹ vna etate: aut a multis etatib⁹ ab vno hoīe tolli potuisse. Quo vero pacto: hęc sine singulari ac pene diuina memoriā fieri poterant: Lucium luculū maxima rerū recordatione vigiūse legimus maiori tam verborū hortensū. hic vero noster cum miro quodā modo vtrisq; excelleret: nec multitudine ipleri nec eius memoria tēporis diuturnitate exhauriri poterat. Itaq; cū ei⁹ ingeniū tantaq; celeritate: facilitate amplitudine tanto studio: z industria: tot rerum z artū cognitione ornatū esset: hoc tam ampliori laude dignum arbitror: q hęc ipsa nō nisi ad virtutē accōmodanda eē existimauit. Ita enī dū viueret sentiebat sine virtute nihil eē in vita magna expectendū. Cōtra vero p̄ virtutē: extremos cruciat⁹: dolores pericula mortis: z ipsā deniq; mortē forti animo eē tollerandaz. Cur ita: Quz de animozū immortalitate religiose sentiret: nemini aditū in celum patere posse arbitrabatur: nisi ei qui virtutē in primis constātissime coluisset. Que cum nō solū nostre s; p̄risozū quoq; philosophozū religioni consentanea sint quo loco cōstitutū eē credemus eum: q tot tānsq; virtutū p̄ditus ornamentis e vita discessit. Quas eadem si vt a me institutū erat singulas recēfere cōtēdā: scio p̄fecto hęc meam vocē ipsaq; diē mediis in laudibus defecturā. Quare humanissime p̄nceps in dicendo mihi modus habendus est ut tāti viri virtutes penitus laudatione nō carcant: z ego hac tua benigna facilitate audienti longius abuti non arbitror: at que vt a publicis rebus initium

Litteraliter pronuntiandi

summā penultimū Januensem bellū
oīuz pnciossimuz: que vnq̄ hec nra
ciuitas gessit inuērans huius viri
virtutes efferre p̄t. Nam cum in ar
mis semp̄ aut legatus: aut impator
terra mariq; fuisset: qd̄ fuit illud i
dubijs rebus cōsiliū: quātus in dif
ficultate labor: que in piculis forti
tudo: que celeritas in p̄ficiēdo: que
industria in explorādo: que toleran
tia in agēdo. Adaximas i eo bello
opes effudit: vulnera suscepit: ocu
lum amisit hostes p̄ligauit: intesti
nos mercēarioꝝ militū solus ipse
p̄pressit: et Scipionis exēplo euz lit
toꝝ nra vndiq; hostiliū armorum
fragore sonarent: in Januenses fi
nes cum classe inuēct̄ plurima di
rupuit incendit atq; vastauit q̄ an
te illū nemo non dico non fecerat:
sz neq; excogitauerat qdē Bichio
ne vero illius vulgarissime nauis ex
pugnationē p̄tereō multasq; res eo
bello clarissime gestas quas Karo
lus iste ad leuādas nostras calami
tates quas nō sine animi perturba
tione audire non posse arbitroz: iu
ste fortiter cōstanterq; declarauit.
Uidisti. n. hec oīa fortissime prin
ceps qui in his ipsis periculis sum
ma cū laude quotidie versabaris:
viderūt hec plurimi vestrū patres
clarissimi: quoz opera et consilio in
gentem reipublice expectationem
atque victoriam dedit. Uiderunt
hec hostes ipsi qui nescio huius ne
ornatissimi viri virtutem maiori
odio an admiratione p̄secuti sit.
Sz quid ego antiqua cōmemoro.
Enses vestri adhuc hostili cruore
rubent ex ea victoria quā postremo
ex Januensi classe apud ianuā glo
riosissime retulistis: quuz id quoq;
bellum eius imperio prudentia vir

tute sūptū administratū atq; cōse
ctuz fuerit: vbi tm̄ superiores clarissi
masq; virtutes supauit: q̄ruz et eta
te et quottidiana armorū et maxima
rū rez exercitatione sibi vendicasse
par fuit. Uideo hic egregie sue vir
tutis testes plerosq; nobilissimos ci
ues nostros qui in ea expeditione
fuerūt. In primisq; iustissimuz ac
optimū viz Leonardū Adocenicū
fratres tuū: qui legatus cū aliquot
triremibus haud mediocrē i ea pu
gna ē laudē assecutus. Taceo reli
quas amplissimas Venetoz etate
sua victorias: quibus q̄tū momētū
sua virt̄ p̄sentiaq; p̄stiterit hoc lo
co p̄tereō. Nam id sicuti a vobis: ita
vniuersa pene Italia celebratuz est
ampliores dicendi locū desiderare
videtur. Quod si karoli virtutes sin
gularit̄ potius enumerare: q̄ colle
ctas breuiter attingere instituissez:
qua verborū copia quoue splēdore
orationis res ille cōplecti possent:
quas decē annis apud Mediolani
ducē omnū cū laude et admiratiōe
gessisse cōstat. Nam p̄tor urbanus
p̄siliq; socius legatus ac p̄tor ple
runq; in prouincijs cum fuisset in
his est tā caste et integre tā fortiter
strenueq; versatus: vt ipsius ducis
grauissimi viri sentētia: summa rerū
gloriaz nācisci mereret. Nō itaque
minorem sibi gloriā vēdicauit virtu
te p̄pria q̄ militū adiuumento. Cui
enī est p̄fecto nostroz memoriā ho
minū his virtutibus quas karolus
p̄riuatuz exercuit fortitudie: pa
tientia: grauitate: cōsilio: liberalita
te: que in hoc vno et p̄fecte et co
piose nituerūt. Itaq; q̄s triūphos
humanissime p̄iceps suis victorijs
quas coronas suis vulneribus q̄s
statuas suis virtutib; decernemus.

Sermones funebres

Sed cum hec preces virtutum insignia ac monumenta exoluerint iam nullum: sua vita: suo ingenio: sua virtute dignum fructum putabimus nisi gloria ipsam: atque laudem: qua nihil homini pulchrius: in hoc mortalium cursu potest excogitari: et si gloriam existimas celebrem ac pro vulgaram hominum opinionem: que a publicis virtutum meritis emanat: nil video huic viro ad summam gloriam defuisse. Quis in amplissima Venetorum republica oes ferme quas poterat dignitates ante habuerit quod voluerit ante tenuerit quod quaesierit: et ut de imperijs et magistratibus taceas quos ille sepe domi et foris pace ac bello terra marique gessit illud patricij ordinis de illo iudicium fuit quod edicti marci quem maxime ex superis optimus sepe patronum hec ciuitas seuit sue cure fideique commisit cum ex eo loco illustrissime princeps in hac summa totius imperij nostri arce fuerit collocatus. Id autem cum et domi et paulo ante senectute sua obrigerit eius nuz forte adolefcentia maximis honoribus caruit. Bellum atrox quod cum finitimus gessit hic quintum et vigesimum vite annus agens suo ductu atque auspicio monstrauit. Quanta vero apud Joannem Baleatum Mediolani duces eius fuit opinio: qui cum prope oia illustria mundi ingenia collegisset: non tamen satis habuisse credidit: nisi hunc ipsum et habuisset et collocasset imperium. Reges vero cyprii usque adeo hunc ipsum probasse scimus: ut quantum sui regni incolumitatem atque salutem tanti profecto eum existimarent. Fortunam vero quis ignorat id sibi glorie tribuisse: quod paucis vniuersis processit: quod cum belicis precipue in rebus

varietate soleat atque incostantiam declarare nullum tamen cum Karolus septimus cossit et aut aduersum aut non felicem pugne exitum reportauit. que nam igitur amplior glorie maiestas: qui clarior splendor huic viro addici poterat qui amplissima Venetorum republica: et apud potentissimos reges et populos que apud denique fortunam ipsam et domi et foris terra et mari tantum glorie tantum laudis habuit: et eius vitam laudat oes ingenium mirantur virtutes summa celebratione colant. Facit hoc patres amplissimi: ut nostras iacturas ac eius interitum minus molesto animo perferamus qui vitam omni genere laudis ac cumulatas primo et octogesimo etatis anno dimisit quo numero cum in se omnem prosum perfectionem conductam teneat: eos qui profuncti erant diuinitate quadam a rectoribus putant antiquitas: que cum ita sine illustrissime princeps iam lacrymas atque merorem quibus hoc celebratissimum funus decoratum est dimittendum esse censeo: neque tan inestis esse oportet suo discessu quod letos ea presentia qua olim dum viveret iocundissime fruebamur. Nam posteri homines. Sed quos celebris tantarum rerum fama defluerit beatos nos appellabunt: qui hunc diuinum hominem his nostris oculis intueri potuimus. In primis itaque tu petre optime dimissis lacrymis id solum videas: quomodo paternam gloriam hereditario tibi iure relicta possideas: nos vero rebus tota citeriori gallia a te clarissime gestis testes sumus. Dis fere eius etatis impatores superauit: sibi cum ipse cessasse visus est: quem in cumanas alpes profectum cum parua admodum militum manu ferocissima et vi et armis ante idomitam multitudinem: comitis

Litteraliter pronuncianti

re et consilio sibi preciliauit. Quod ibi militum legiones trucidate fuerant, quot exercitus deleti: quot duces cecidi. Non ferro non viribus non acierum conflictu ges ea cum animorum immanitate: tum difficultate locorum debellari poterat. Sed nouo quodam et inuitato bellandi genere. i. auctoritate humanitate clementia amabiliitate comitate eloquentia Carolus inuictas urbes et agrestes animos vicit domuit atque subegit ut qui maximis imperatoribus in prudentia et fortitudine par fuisset his quoque artibus enee illi prestantissimo homini non succumberet. O decus etatis huius et clarissimum seculi nostri lumen quod tibi inter tot tantaque aut nature aut studij aut fortune ornamenta datum erat quod non ad commune omnium salutem tibi datum esse arbitraberis. quoad enim gerendarum rerum adiumenta sibi etas concessit haud magis sibipsum: quam sue glorie ac hominum commodis vivere sese putabat: Septuagesimus enim iam natus annus, cum cyprius traiecisset: quod antea gestarum rerum argumentum erat: quem ibi virtutis sue usum expressit. nam ut ea omnia que ad mores hominum ac eius regni dignitatem amplitudinemque tuendam instituit: quantum e eo bello laudem assecutus: quod ab rege se duce cum Ianuensis actum est. Cum enim hostium insultu res cypree in maximus discrimen venissent. Carolus et copiis et bellorum machinis longe inferior fortissimos hostes breui mora peruenit in fugam et regem ac regnum ipsum summo periculo liberauit. digna certe senectus: quam talis adolescentia precessit. Multa enim apud patres et militari: et publica virtute adolescentis gessit que sic eterna sunt memoria digna ita et hac temporis angu-

stia longe ampliora sunt: quod si quod forte putaret cum aut trepidum militem aut patrem forte imperatorem fuisse: undatum Carolum aspiciat cum difficile cognitu sit: plura ne membra: an vulnera in corpore suo habuerit. Habeo propterea multa clarissime princeps quam si tempus et dignitas tua presteret: in medium afferre possis. Nec ea imperatoria aut militari tantum: sed prava etiam domesticaque virtute confecta. Quis enim ut ex eis hoc unum attingam eius ad fides eam magnitudinem liberalitatem non magnificat cum adolescens ad huc patrasina illa opulentissima dignitate sponte se abdicasset. ut cum Epulo milite duello de vita certaret. Non enim maximus labor fide non periculum fortitudinem. Non expectata paupertas liberalitatem suam extinguere potuit. Qua vero humanitate: qua clementia in ciues in necessarios in amicos fuisse credimus: quam apulum istum iure belli sibi captiuum datum prestitit libertate donauit. Quod si. L. Cesaris clementia tantis laudibus celebrata vicisse victoriam dicitur quam ciues suos: et eos prestantissimos quodam viros et optime de republica meritos non libertati sed patrie restituisset quo nouo: quo inuisitato laudandi genere hanc singularem virtutem complectemur: qua externum hostes: nec cum certe probus hominem aut nostra de republica bene meritus et vita et libertate donant: aut patres amplissimi quibus Caroli nostri nomen et suarum virtutum imago relicta est. Summo studio ac vigilantia niti decet ut eius nomen nostris laudibus celebratum eternum immortalisque faciamus: et diuinam virtutum suarum imaginem non statuis modo aut picturis. Sed imitatione quoque accipere declaremus.

Sermones funebres

Oratio funebris communis pro quo
cuius comite. Fris Gregorij Brita.

Sermo. viij.

Num eē vide

batur venerādisime an-
tistes: vt qui supioris co-
mitis nostri integritatem noueras
grauissima tua copiosaq; oratione
mestissimus eius funus deponere:
vexq; partes tuas ad rē p̄dicabilio-
rem. i. ad sacratissimā celebrationē
detulisti sapientius: tamen nō sim
ille: qui in flexis humeris tantū on-
pati possim: tamen qz tuā spectabi-
linūq; rethorū auctoritatē meo iu-
dicio preferendā esse duxerim: hoc
munus ad me delatū non sum au-
sus recusare. Nihil est autē ornatis-
simum. P. qz spectatissimi hominis
gloriaz amplitudinez integritatem
ex me audire cupiatis. Quis enim
est tanti ingenij qui britānicorum
preclarissime res gestas cōfidat pos-
se memoriter numerare. Nulla qui-
dē est regio oraq; nulla terrarū de
qua maritim⁹ terrestriue certami-
ne nō britānica domus triumphar-
it. Adulta hic possem cōmemora-
re que ab insigni Ludouico patre
z vrbanis militarib⁹ rebus sue eta-
tis primario fortiter z sapiēter sūt
gesta nisi maximarū reruz vbertas
orationis nostre modum excederet
tantoq; honori succumberet vir-
tus: cui difficilior esset exitum q̄
principium inuenire. Quis est qui
nesciat q̄ optime Joannes britan-
nicus eius filius de florentissima
Brixianorum rep. meritis fuerit:
que sua mirabili sapientia exiterit
diutissime gubernata auctoritate
ornata fortitudine aucta. Tan-
dem nequa in re laus brixiam a ro-

mana virtute excederet: is p̄ socio-
rum salute pleriq; vulneribus ma-
gnanime p̄fessus ē. D animū excel-
lentissimū: o viri memoria colendū
sempiterna: qui nihil fortius nihil
gloriosius nihil diuinius eē duxerit
q̄ de ea rep. a qua ortū educationē
innumerabiliaq; ornamenta susce-
perat: nedū infinitis laboribus: sed
et suo gloriosissimo obitu bñ mere-
ri. Accedit insup hoc loco cōmemo-
rādus illustris Andreas britānicus
cuius excellentissimas victorias qui-
bus Adedos indos p̄thos mariaq;
terrasq; q̄ sepiissime obellauit. Si.
Ad. Iulius eloquētie maximus z
vnicū exēplar sua oratione cōpleti
vellet sub tāto onere p̄fecto defice-
ret. Adcirco nihil ē amplissimi. p.
q̄ mibi verear haud cōcessū iri: si-
tā arduā videbar puinciā subter fu-
gisse z eo potissimum: q̄ hec vobis
sūt p̄ceteris notiora q̄ suis p̄clarissi-
mis triūphis sepenūero interfuistis:
z ita interfuistis vt p̄batissime ei⁹
testimonio p̄sepe barbar⁹ populus
pace alioz dixerim: plurimū illi vi-
ctorie p̄tulerit. hic erat q̄ ea vos cō-
plectabatur humanitate vt nō impa-
torē v̄m: sed clemētissimus patres
cōseruaretis. Quātū vero Andre-
as hic n̄: cuius gr̄a hec a me dicta
¶ Sermo funereus in quo monet mortales mori debere discere.

¶ Sermo. r.

Quotidiana experientia monemur. Fratres carissimi vt mori nos debere discamus: z tamen eternos nos credimus: rebus que multo plus damni quam vtilitatis affuerunt: studium impendimus. Huc per necessario studio non ita multum: sed minimam tantuz ope

Sermones funebres

ram dare negligimus. Hortor igitur vos usu quodam assiduo discere mori. Juxta illud Licerōis in Tusculanis libro primo. Omnis iquit vita philosophorum: ut ait Lato, est mortis commentatio. Nam quid aliud agimus cum a voluptatibus corporis: et a reipublicis negociis animū seuocamus nisi ipsū animū ad seipsum aduocamus maximeque a corpore abducimus: secumque esse cogimus. Animum autem a corpore discernere nihil est aliud quam mori discere. Hoc ergo mihi crede comitemur: nosque a corpore seiungamus. id est mori discamus. Hec Licerō. hinc et Seneca. in Agamemnone. O quam miserum est nescire mori. Et epistola. xxvi. Qui mori didicit non seruire didicit. Supra omnem potentiam est: certe extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra liberum hostium habet. Una est Lathena que vos allegatos tenet amor vite. Idem in Hercule. Nunquam ille miser est: cui mori facile est. De hoc quoque assiduo mortis usu dicit Ambrosius de morte Saty. libro secundo. Quotidie morior ait Apost. melius scilicet quam illi qui meditationem mortis philosophiam esse dixerunt: illi enim studium predicarunt hic usum mortis ipse exercuit. Beata mors qua peccato morimur deo viuimus. que culpe refuga domino dedita a mortali nos separat immortali nos consecrat. Et Macrobius libro primo de somno Scipionis. Plato quoque duas mortes hominis nouit: quarum vnam natura: alteram virtutes prestant. Homo enim moritur cum anima corpus relinquat solum lege na-

ture. Adori etiam dicitur cum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras philosophia tucente contemnit et cupiditatus dulces insidias reliquasque passiones omnes exuit: et hanc mortem dicit Plato sapientibus appetendam. Illam vero quam oibus natura prestat cogi vel inferri: vel accersiri vetat.

¶ Sermo funereus in quo mortem non esse accersendam hominibus edocet pluribus rationibus. ¶ Sermo. xi.

Quamquam videri docti: ut sepe dictum est. Adors nec timenda quin potius contemnenda amplectenda quoque a iustis viris et ab omnibus adiscenda: nunquam tamen vita fastidio seu tedio haberi nunquam mors accersiri debet. Nam ut dicit Seneca epistola. xxiii. Ridiculum est ad mortem currere tedio vite. Ideoque vir fortis et sapiens non debet e vita fugere: sed exire. Idem epistola. lxxviii. Nec vita tedio sit: nec mors timori vitam fastidio adducere solent sui odium iners oculum: hinc et. Q. Curtius li. iiii. Fortium virorum est magis mortem contemnere quam vitam odisse. Item Valerius Maximus libro nono de cupiditate vite. Ratio precepit vitam diligere mortem non timere. Epicurus. quid tam ridiculum inquit quam mortem appetere: cum vitam tibi metu mortis feceris inquietam: etiam Lucanus in quinto. Seuitia est voluisse mori: non solum autem aperta violentia: ut ferro: igne: aqua: laqueo: vitam sibi quis adimere debet: sed nec superabundantiam

Vulgarizandi

ri cibo vel potu vel labore vel coitu quibus sepe vita tollitur opprime re corpus debet. De cibo et potu dicitur Ecclesiastici. xxxvij. Noli avidus esse in omni epulatione: et non te effundas super escas. In multis enim escis erit infirmitas: et addit propter crapulas multi obierunt quod autem continens est adiciet vitam. et. xxxi. vigilia et cholera et torturia viro infructu somnus sanitatis in homine parco. De coitu. Nau. iij. Corruent in corporibus suis pro multitudinem fornicationis meretrices speciose. Ubi tamen intelligitur de omni superfluo coitu. Unde Salienus de sanitatis custodia. In spermate dicitur ignis et aeris substantia: ideoque condensio eius est calida et humida generatur ex claro et puro sanguine quo primaria aluntur et sustentantur membra: unde cum supra modum euacuatur non superest quo pascantur. Ideo virtus debilitatur corpus desiccatur ac defectus sequitur. Loquitur tamen Salienus in lib. seminis de coeuntibus superflue nec inquit humor solus: sed spiritus quoque vitalis per oratorias erit in semine: unde et multi mortui sunt. Ob hec Eunuchi diutius viuunt: quia abscisso nervo qui erigitur non descendit semen: ideo coire non possunt. Porro de labore nimio intelligi potest illud Hieron. klviij. quia fecit plus Adob quam potuit idcirco periit: ut enim ait Quidam quod caret alterna requie durable non est. De tristitia vero et nimia cura que cordis est: labor est illud proverborum. xxvij. Spiritus tristis exsiccatur ossa. et illud Ecclesiastici. xxxviij. A tristitia festinat mors sicut autem ait Augustinus lib. primo de

ciuitate dei: non aliter Sanson excusatur quod seipsum ruina cum hostibus domus opprellit: nisi quia spiritus sanctus hoc latenter iusserat qui pro illum miracula faciebat. Nec martyres ut ipse dicit corpora sua morti pro fide vel iustitia exponentes ipsa corpora oderant sed in hoc et illud salubriter prouidebant: quod propter vitam anime que fides est preserua da vitam corporum eorum postponebant. De suffragiis defunctorum.

Sermo. xij.

Quoniam ad honestissimos et optimos viros. N. et N. q. N. vita functum quem nunc sepulture dedimus coniunctus erat. Vos viri venerabiles ceterique nobiles ac prudentes vel vocati vel pietatis officio conuenistis ut precibus vestris spiritus eius in pace quiescat. pauca mihi de suffragiis defunctorum dicenda sunt: quo futuro tempore magis ac magis eorum animabus succurratis. Certum ergo hanc ecclesiam: quod uiuentibus illis solis suffragia prosunt quod in purgatorio positi sunt: nam de illis qui iam beata vita fruuntur certum est nostris subventionibus non indigere: quoniam potius eorum nos precibus indigemus. Unde Augustinus de verbo apostoli super epistolam ad hebreos. Iniuria est inquit in ecclesia pro martyre orare: cuius non debemus orationibus commendari. De danatis cum duplex sit opinio et utraque inuita. Augustinus verbis in Enchiridion dicitur. Non est negandum animas defunctorum pietate uiuentium releuari: cum pro illis in ecclesia elemosine fiunt: vel sacrificium offertur mediatori etc. Hac omnia in disputatione: et per determinatio-

Sermones funebres

nez dicendū est illud Augu. li. xxj. de ciuitate dei. Cā que fit vt nūc ecclesia nō oret pro malis angelis eadē est cā qua fiet vt i extremo iudicio: quāuis pfecta charitate nō oret p oibus eterno igne cruciādis. Hūc autē propterea p eis orat: quos i genere humano hz inimicos: qz ipsi ē penitētie fructuose: nā si de aliqb⁹ certa eēt q pdestinati eēt i eternū ignē ire cū diabolo: tā p eis nō oraret: quā nec pro ipso: hec Augus. Igitur illa opinio pbabilior eoz. s. qui dicūt ecclesie suffragia nō dānat: s. gātū in purgatorio positū pdesse.

¶ Qm̄ igit̄ his solis vt dictū ē qui sunt in purgatorio certū hz ecclesia qd̄ eis p̄int viuētium suffragia ad illos vt dicit beat⁹ Bernardus. nobis transeandū est p cōpassionē: qbus iuncti fuimus p humanitatez. Surgā igitur inquit illis in adiutoriu⁹ z interpellabo pro eis ieiunijs z orōnib⁹ z sacrificio singlarū hmoi pōt eoz penitētia rescari pena finiri.

¶ Tribus autē precipue causis suffragari debemus eis: z maxime nr̄is.

¶ Prima. s. pp amicitia p̄stīnam qz tenemur amicis reddere gratiam sicut d̄r Ecclesiastici. xxx. alioquin si amico etiā defuncto gratia non impeditur: non fuit amicitia vera: que non morte rūpuitur: secundū illud Lanti. ultimo. Fortis est vt mors dilectio: si. n. vt mors dilectio fortis est: vtiqz a morte sapere rari nō pōt.

¶ Secūda cā: qz z nos in eoz statu futuri sumus: z tūc alioz suffragijs similiter indigebimus: sicut dicit Ecclesiasticus. xxxi. Intellege que sūt proximi tui ex teipso: z illud Job. v. Uisitans spēm tuā nō peccabis. Hinc et d̄r a dño. Mat. vij. oia quecūqz vultis vt faciant vo-

bis homines: eadē z vos facite illis.

¶ Tertia cā: causa est qz ipsa eozū causa per se miserabilis est. Nā qui libz eozū quātūcūqz fuerit in hac vita diues: modo est paup s. Job. xxvij. diues cū dormierit nihil secū auferret apert os suū z nō implet impotentes infirmi erunt: quāuis hic potentes z validi fuerint: quotquot ergo psalmi quot elemosyne quot misse pro eis fuerint quasi tot tercula ministrantur. Unde qui hec subtrahūt eis crudeliter subtrahūt verbera a paruulis. Et h̄ plurimi heredes faciūt qui dū deberent capellas erigere vel legata distribuē differunt z negligentia labore fugiunt vel auaritia bona defunctorū impie detinent illis in purgatorio ardentibus in proprias vtilitates conuertunt. Maius videntur peccatum facere quam pauperibus uiuentibus subtrahere: quia hi petere z conqueri possūt: illi nequaquā. Preterea damnosior est defunctis quia dilatio pauperis tollerabilior esse potest. Eozum autem non sic interim cruciantur. Et si forte postea conferatur fieri potest vt non prosit. hodie siquidē est i purgatorio: qui cras fortasse non erit: z tūc suffragio non indigebit: z ideo bonorum suozū errogatio dilata iam ei non proderit.

¶ De animabus beatorū z eoz cognitione dilectione z fruitione dei.

¶ Sermo. xij.

Nihil ē fratres
carissimi quod ad consolationem defunctorū vel ad preferendos labores vite presentis magis faciat q̄ vt consideremus qualis z quanta sit gloria bea-

Vulgarizandi

corum ad quas fidelium anime transferruntur. Locus autem iste ubi sanctorum anime quiescunt: sinus abrahe dicitur sinus dicitur propter secretum abrahe: non propter antiquum promissum. de quo dicitur bene. xxv. sic erit semen tuum sicut stelle. Et apostolus. i. ad Cor. xv. Loquens de gloria dicit. Stella a stella differt in claritate. Itaque locus ille secundum Augustinum. Luminosus est valde. Unde et ecclesia canit. Michael sanctus representet eas in luce sanctam quam olim abrahe promissisti et semini eius. In isto felicitatis loco regesunt anime sanctorum tribus iam doctibus decorare: et videlicet: cognitione: dilectione: fruitione. De cognitione dicitur a domino Joannis. xvij. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum: et quem misisti iesum christum. Ad hanc eternam vitam ubi cognito deo omnia cognoscimus: que felicitas omnis vite felicitates superat plusquam dici possit: unde de ea Basilius ad nepotes: cum multa de ea vita dixisset subiunxit: quanto in omnibus preciosior est anima quam corpus: ita utriusque vite differentia est. Ad hanc inquam vitam philosophi etiam venire cupiebant. Unde multa colligi possunt. et ad Tullio Licer. in libro. i. Tusculanorum ad hoc facientia: et in dialogo de senectute: o inquit preclarum diem cum ex hac turbe colluntione discedam proficiscar enim ad viros sapientes. Ideo et ipsi mala omnia proferebant propter spei future beatitudinis. Unde idem in primo Tusculanorum. Nescio quo meritis quasi seculorum quoddam augurium futurorum inheret idque in maximis ingenijs et altissimis animis maxime extitit et fa-

cillime apparet: quo quidem dempropterea tam amara esset que semper in laboribus et periculis vivere vellent. Item philippica. xiiij. Brevis inquit a natura nobis data est vita: sed bene acte vite memoria sempiterna que si longior que hec vita non esset que tam amara que maximis laboribus et periculis ad summam laudem gratiamque consideret. Cognoverant et poete felicitatem illam: neque ad eam nisi cum virtute posse pervenire: vnde Duidius li. i. pastorum. Felices anime quibus hec cognoscerent primum. Inque domos superas scandere cura fuit. Credibile est illos pariter utriusque iocundum. Altius humanis exeruisse caput. Non venus: et vinum: sublimis pectora fregit. Officiumque fori militieque labor. Nec levis ambitio profusaque gloria furo. Adagnarumque fames sollicitavit opum. Et quam antiqui hi et alij sapientes eternam vitam et quomodo ad eam pervenire possent. ut cumque cognovissent viam tamen et hostium celestis domus non inveniunt. De dilectione dicitur primo. Cor. xiiij. Caritas nunquam excidit. Non enim. ut fides evacuat: sed potius augmentat ut igniculus in syon fiat caminus in hierusalem ut legitur Isaie. xxxi. Illis enim consumat illud preceptum. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: quod in hac vita perfecte impleri non potest. Porro de fruitione siue comprehensione dicitur apostolus ad philippenses. iij. Sequor autem si quomodo comprehendam. in quo etiam comprehensus sum: hoc autem frui vel comprehendere est deo. i. per semetipsum immutabiliter adherere. Augustinus li. confessionum. ii. Dicit in stitia pulchra et honestis luminibus decora et insatiabili facietate que eo apud te vita spernabilis que israel in te intrat in gaudium domini sui

Sermones funebres

non timebit. sed habet se optime in optimo. Et beatus Prosper in epigrammatibus: semper erit quod erat etc. Ergo charissimi quoniam ex cognitione procedit dilectio ex dilectione fructio operatur date ut cognoscatis dominum quo cognito diligatur diligendo fruamur in eterna beatitudine ad quam etc.

De consummata felicitate.

Sermo.

xiiij.

Quoniam dilectissimi beatus est cui omnia optata succedunt: et ut Augustinus de civitate dei libro xxij. Felicitatem constat esse plenitudinem omnium optabilium: certum est quod in illa consummatione beatitudinis replebitur in bonis desiderium sanctorum. Hinc et Hieronimus super epistola ad Ephes. libro primo plenitudo inquit eius: quia omnia in omnibus adimplebitur. Itaque plenitudo illius beatitudinis omnibus mortalibus est ineffabilis insuper et incomprehensibilis. De prima dicit Apostolus. ij. ad Cor. xij. quod raptus ad visionem celestis paradisi audiuit arcana verba que non licet homini loqui. hinc et beatus Lesarius Arelatensis beatam vitam illam facilius est consequi quam enarrare. Unde et Basilius ad nepotes. si quis potest. c. b. f. m. etc. De incomprehensibili loquitur Isaias. lxvij. Oculus non vidit deus absque te que preparasti expectantibus te. Et iterum Aposto. prime. Corin. ij. Oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que preparavit deus his qui diligunt illum. Verum tamen ut dicit Augustinus

ubi supra: ex ipsis bonis que in hac etiam vita deus conferre non cessat miseris: ut cunque perpendi potest quanta bona conferat electis suis in eterno regno beatificandis quid enim inquit dabit eis quos predestinavit ad vitam que hic dedit etiam eis quos predestinavit ad mortem.

De quadruplici parte beatorum.

Sermo.

xv.

Ruminis imperpetus iterificat civitatem dei: flumen de quo loquitur: intelligitur pax dei: qua veluti flumine perfunduntur anime beatorum. Flumen quidem egreditur de loco voluptatis ad irrigandum ligna paradisi. Quattuor flumina paradisi designant quadruplicem pacem corporis: anime sensibilis: conscientie vel anime rationalis. pacem anime et corporis: has ita describit Augustinus de civitate dei. lib. xx. Pax inquit corporis est reparativa partium. Pax anime sensibilis ordinata requies appetitionum. Pax anime rationalis ordinata consentio cogitationis et actionis. Pax anime et corporis ordinata vita et salus animantis. Et prima quidem pax scilicet corporis nunc frequenter qualitate elementorum in temperata perturbatur: a qua tunc electi liberabuntur. Nam et corpora ipsa in melius imutabuntur: et ipsorum qualitates elementorum corruptibiles: que nunc corporibus nostris corruptibilibus congruunt: ignis: conflagratione destruentur: eorumque substantie: qualitates alias induent: que etiam hominibus glorificatis convenient: ut Augustinus ubi supra li-

Vulgarizandi

bro. xx. Pax inquit corporis est re-
paratiua partium. Pax anime sen-
sibilis ordinata requies appetitio-
num. Pax anime rationalis ordi-
nata consensio cogitationis et actio-
nis etc. **S**ecunda pax scilicet ani-
me sensibilis nunc perturbatur va-
rijs desiderijs. Quoniam vt legitur
Ecclesiastici primo. Non satiatur
oculus visu: nec auris auditu. Et vt
legitur prouerbiorum. xxx. Sanguis
fuge durum idest carnis. s. gula et
luxuria dicentes affer affer. Et vt
dicit Augustinus eodez libro. xiiij.
Corporibus glorificatis non aufer-
retur comedendi et bibendi potestas
sed indigenda vel necessitas. Nam
et dominus ipse post resurrectionez
legitur comedisse. Luc. si. **T**er-
tia pax conscientie siue rationalis
anime dirimitur in perpetracione
culpe secundum illud Isaie. lvij.
Non est pax impijs. ideo dicit Ec-
clesiastici. xxxv. utinam attendis
ses mandata mea: facta fuisset pax
tua. Et in euangelio Math. v. esto
consentiens aduersario tuo idest con-
scientie tue remordenti scilicet ipsam
pacificando. **Q**uarta vero pax
scilicet anime et corporis perturba-
tur doloribus et infirmitatibus va-
rijs a quibus scilicet liberabuntur
omnino secundum illud Apocali.
xxi. Absterget deus omnem lachry-
mam ab oculis eorum et mors ul-
tra non erit neque luctus neque cla-
mor neque dolor etc. Tunc igit vt
dicit Augustinus in libro primo de
ser. Domini in modo promissum
illud saluatoris implebitur. Beati
pacifici quoniam filij dei vocabun-
tur. In illa nanque pace perfectio
erit vbi nihil repugnabit. Ideo fi-
lij dei vocabuntur pacifici quis ni-

hil resistit deo: et vtiqz prijs similitu-
dine debent h're filij. Sunt aut in se-
metipsis pacifici qz ocs ai sui mot^o
cõponentes et roni subijcetes atqz
spiritui hnt regnum dei: in quo sic
ordinata snt oia: vt id qd excellit in
hoies. s. ratio ceteris non reluctan-
tibus ioperet ipsaqz ratio subijciat
veritati. Hec pax in terra hoibus
bone voluntatis inchoat et in vita
beata perficietur. Hec Augustini.

S J N J S.

De moriendi necessitate Vincē-
tius hystorialis.

Homo vite ^{com-}
^{mo.} datus ē: nō donatus lex
n. vniuersal' existit: qz
nasci et mori p̄cipit. Quidā ph̄s.
Quid ergo ē mors. Sōn' etern' pa-
uor diuitū desiderū pauper: euet'
ineuitabilis. latro hois fuga vite re-
solutio oīuz. Hildebertus cō-
manensis de exilio suo.
Hoc est hic hois seper cū tpe labi.
Et semper quadā cōditione mori.
Est hois nasci nudū nudūqz ruerri
Ad matres: nec opes tollere posse
suas.
Est hois putref' solo: sanicqz fateri.
Et miseris gradib' leinere redigi.
Astius est h̄s hō pprietatis et illi.
Certi' his dñz p̄mia nulla manēt.
Res et opes prestantur ei famulan-
tur ad horam.
Et locuples m̄ae: vespe paup erit.
Nō pot reb' ius assignat manēdi.
Que nūc hois nō didicere sequi.
Ius illis de' ascripsit: statuitqz ms-
nere.
Legibus: et nutu stare vel ire suo.
Quidius Metha. x.
Omnia debetur mori: paulūque

Auctoritates

morari.
Serius aut satius sedem properamus ad unam.
Tendimus huc oēs: hic est domus ultima. Claudianus i miori.
O dira mors quicquid liquidū cōplectitur aer.
Quicquid alit tellus: quicquid maris equora verrunt.
Quod fluvij voluunt. et quod nutritie paludes.
Lūcta tuis piter cedūt aialia rignis.
Lunari subiecta globo: q̄ septim⁹ auras.
Ambit: et eternis mortalia separat astris.
Sub tua purpurei veniēt vestigis reges.
Deposito luxu: turba cum pauper mixti: Osa mors equas.
Maximianus.
Ortus cuncta suos repetunt: matremq̄ requirunt.
Et reddit in nihilum: quod fuit ante nihil. Prosper.
Ferro: peste fame vinclis algoꝝ calore.
Nulle modis miseros: mors rapit vna viros.
Nulle mōis levi: misos mors vna fatigat. Statius i thebaide.
Non expectatis mors venit ordinibus. Enodius.
Mors oēm durum: presens graue triste futurum.
Fine carens finis: et plena rufa ruinis. Petronius.
Heu heu nos miseros q̄ tot⁹ hominū rio nil est.
Nil erimus cuncti postq̄ nos auferet orcus.
Ergo viuamus. dum licet esse bñ. Vincentius histori.
De cōpēdio morus et ei⁹ egrate

id circo aut mors. p̄cipue miseris nō ē mō nō formidabilis: verū etiā optabilis: q̄ finis est miseriarū ac reges laborū: naturalis debiti solutio: periculorū curatio: meritorum reuelatio. p̄hie cōsumatio: carceris effrenatio: exilij quoq̄ liberatio: et ad p̄riam regressio. Un scriptū est In sex tribulationib⁹ libabit te: et i septia nō tāget te malū Sex enī tribulationes vite p̄ntis sunt: Fames ac scitis frig⁹ et est⁹: lassitudo et morbus. Septia vō mors: q̄ liberat ab his oib⁹. Solō atben. Felicitatis index: est dies vltimus: et appellatio: nis: honore sapiēti p̄firmat rogas. Sigdē bonorū initia debent fortūe: p̄hiam solus consecrat finis. zeno Stoycus. Nullum malum gloriosus ē. mors autem gloriosa ē: mors ergo malum non ē. vñ et ipse zeno manius sibi iculit vt p̄ mortē felicis us viueret. Salu. i cat. In luctu atq̄ miseria: mors crūnax reges est: nō cruciat⁹ Valeri⁹ maxim⁹. Humane ergo appellationē felicitatis rog⁹ p̄sumat q̄ se incursum malorū obijcit. Sen. ad luci. ep̄la. xxiiij. Multum fuit cartagine viceret: sed āplus mortem: Adeo mors timenda non est. vt beneficio ei⁹ nihil auferendū sit aut timendum.

Idem.

Rudis itaq̄ tyrān⁹ est: q̄ morte penas erigit. Idem li. de naturalibus questio. 3. Mors est lex: tributū: officiumq̄ mortaliū: malorūque omnium remediū Optari illaz: q̄ quis times mortis ergo nomen ne formides. Effice illam cogitatione multa tibi familiare: vt si ita tulerit possis ei et obuias exire. Hoc etiāz habet inter omnē iusticie sue natura precipuus: q̄ quuz ad exitum

Auctoritates

uentum est omnes in equo sumus.
Nihil interest vtrum me lapis vn⁹
elidat: an totus mons premat.

Ulagellus.

Si cadendum inquit mihi est: e ce
lo cecidisse velim. Idem.

Optimum quoq; est mori quū iu
uat viuere. Quidā phīs.

Dum vita ē grata p̄ditio mortis ē
optima. Boetius p̄mo de p̄so.

Mors hominum felix que se nec
dulcibus annis.

Inserit et mectis sepe vocata venit.

Idem lib. ij.

Mors spernit altam gloriā: in
uoluit humile pariter et celsum ca
put: eqt̄q; sūmis infima. Seneca.

D'q̄ miserum est nescire mori.

Claudianus in minon.

Dia mors equas: tu damnatura no
centes.

Tu regē datura pijs: te iudice sōtes
Impia cogent vite p̄missa fateri.

Hildebertus cenomanensis.

Inter opes et delicias: populiq;
fautores.

Hoc animus recolat: hoc tua lingua
sonet.

Mors dominum seruo: mors se
ptra ligonibus equat.

Dissimiles simili cōditōe trabēs.

De prudenti contra mortē pre
paratione. Tullius de senec.

Sapientissimus quisq; equissimo
animo moritur: nec eum vixisse pe
nitet: quia ita vixit: vt nō frustra se
natum existimet: et ex hac vita di
scendit: tanq̄ ex hospitio. nō ex do
mo. Lōmorandi. n. natura nobis
diuersorium dedit nō habitandi.

Idem in paradoxo.

Mors terribilis est his quorū cū
vita omnia extinguunt: nō his quo
rum laus emori non potest.

Idem libro. i.

Tota philosophorū vita: vt ait cato:
cōmēdatio mortis est. Nāq; aliud
agimus quū a voluptatibus corpo
ris: et a reip. negocijs aīum reuoca
mus: nisi ipm aīus ad seipm aduo
camus maximeq; a corpe abduci
mus: secūq; esse cogim⁹. Eius autē
a corpe secernere: nihil aliud est q̄
mori discere. Hoc ergo mihi crede
cōmētemur: nosq; a corpe seungi
mus vt. s. mori p̄suecamus.

Idem.

Nequaquā viro forti turpis mors ac
cidere potest.

Uegeru⁹ renat⁹ d re militari. li. i.

Mortez minus timet: qui minus
deliciarum nouit in vita.

Seneca ad lucillū epist. 4.

Pleriq; inter mortis metuz et vite
tormenta miseri fluctuāt et viuere no
lunt: et mori nesciunt. Facito tu ti
bi vitā iocundā oēm p̄ illa sollicitu
dinē deponēdo. Nullū bonū adiu
uat habentes: nisi ad cuius amissio
nem preparatus est animus.

Idem. xxvj.

Quid ad illum carcer: et custodia et
claustra: liberū hostiuz habet.

Una est cathena: que nos alligatos
tenet amor vite. Idē. liij.

Illum lauda et imutare quē non pi
get mori: quū inuet viuere.

Que est enim virtus quū eiciaris
exire. Sapiēs nihil inuitus facit ne
cessitatez effugit: quia vult quod co
actura est.

Petronius.

Ego sic semper et vbiq; vixi: vt vlti
mam quāq; lucem tanq̄ nō reditu
ram cōsumerē.

Maximianus.

Felix qui potuit trāquillaz ducere
vitam.

Et letus stabili claudere sine dies.

De morte contemnenda.

auctoritates

Sáfredus.

Quádo qdez mortem non euitare
necesse est transeat in formá virtu-
tis.

Valerius li. viij.

Corporis siquidē & aie societas in-
firmo vinculo coherens facile, diri-
mit nimioq; studio bonū retinēdū
non est: cuius caduca possessio taz
leui afflatu violentie cōcussa dilabi
potest. Varro in sententijs. Cū na-
tura litigat: qui mori graue fert. du-
plex malum est: quum moleste feri-
mus: qđ necesse ē.

Seneca.

Stultum est timere: qđ euitare nō
possis: optimūq; est mori: quuz iu-
uat viuere.

Idem.

Puilla res ē: vita hoīs: sed ingens
res cōtēptus vite: hāc q cōtēpserit:
secur⁹ videbit maria turbari secur⁹
aspiciet horridā faciē fulminātis ce-
li. Quid ad me: q̄ magna sint: qb⁹
pereor: ipm pure nō magnū ē p̄de si
volum⁹ eē felices: nec hoīuz nec rex
tore vsari aia in expimēto ē hūda.

Idē lib. declamationū. iij.

Crudelius est quā mori: semper ti-
mere mortem.

Oprāda ē mors ac sine mortis me-
tu mori.

Idem.

Habeant questus: discedat timor:
vite numis auidus est: quis qui non
vult mundo secuz pereunte mori.

Idem.

Nusq; ille miser ē: cui facile ē mori.

Idē ad Lucil. xxxvj. ep̄la.

Que q̄rella ē: qđ icōmodū: si qeqd
debeat desinere: deficit: & q̄s exitus
melior: quā i finē suū natura solue-
te dilabi.

Idē. liij. In hoc: ni

fallor: erram⁹: q̄ mortē seq iudica-
mus: quū illa & p̄cesserit: & secutura
sit. Quicqd .n. añ nos fuit: mors ē.

Idem. 17.

Nemo taz imperitus est: vt nesciat

quādoq; sibi moriendū eē: & tamen
quū prope accesserit: tergiversatur:
tremit: plozat. Nonne tibi videtur
stultissimus: q̄ flexerit: q̄ ante mil-
le annos non vixerit eque stultus ē
qui flet: quod post annos mille non
viuet: hec paria sūt: nō eris: nō fui-
sti: vtrūq; tēpus alienum est. Quid
fles ad hanc leges natus. Quid no-
ui est. Hoc omnibus accidit.

Idem. lxxxij.

Non autem est mors gloriosa: sed
fortiter mori gloriosum est.

Que dementia est fugere: quum re-
troire non possis.

Licero in philippica. viij.

Turpis fuga mortis: omni morte
peior est.

Idē. in thuf.

Qui non modo: quia mori necesse
est: verūetiaz quia nihil mors ha-
bet quod sit horrendum: mortē nō
timet: magnum sibi presidū ad bea-
tam vitam comparat.

Valerius. lib. vij.

Theodorus exereus quū regem
liscimachū increpasset: & ob hoc eū
ille cruci affigi iussit: terribilis ait
hec sit purpuratis tuis: mea si qui-
dem nihil interest: hūmi an in sub-
limi putrescas.

Lucanus.

Seuitia est noluisse mori.

Seneca.

Contēne mortē & oia que ad mortē
ducūt contempta sunt: siue bella si-
ue naufragia: siue ruinarū pōdera.
Nunquid amplius facere possunt:
quam vt corpus ab animo resol-
uant: hoc nulla diligētia euitat: nul-
la felicitas donat: nulla potētia emi-
cit. O te clementem & oblitum fra-
gilitatis tue: si tunc mortem tantuz
times quum tenat: viues si fulmen
effugeris. Repetet te gladius petet
lapis: petet bilis. Non maximum

auctoritates

ex periculis sed speciosissimum fulmen est: ut cum si sensum mortis citè celeritas infinita pueniet. Gratis diis propicijsq; moriendum est alius ergo ex ista desperatione sumatur.

Uincencius byst.

Legitur et qd elerobortus ambracensis quuz legisset libro Platonis de immortalitate anime se ab alto precipitauit pre desiderio melioris vite. Sene. 24. Quotidie qdem morimur: quotidie nepe pars aliq; vite demitur: et tunc quoq; vita decrefcit: quum crescimus. Itaq; ridiculum est ad mortem currere redio vite uir enim fortis et sapiens non dicit e vita fugere: sed exire. Idem. lxxvij. Nec ergo vita sit redio: nec mors timori. Uta in odij sui adducere solet iners ocium. Hisq; necesse e: oem vitam breues uideri: qui illam uoluptatibus uanis: et ideo infinitis metuntur. Interim hoc tenet hoc morde aduersis non succubere: letis non credere oem fortune licentiam in oculis habere. Quicquid. n. expectatum est diu leuius accedit.

Quintus Curtius.

Fortium uiroz est mortem magis cotenere: qd uitam odisse. Valerius lib. 9. Ratio uitam diligere mortem non timere precepit.

Quidam phus.

Heu quam multa penitenda incurrunit hoies uiuendo diu. Sen. ad lucil. 26. Iunior es quid refert. Incertum est quo loco te mors expectet: itaq; tu illam omni loco expecta.

Scalpurus.

Non hic semper eris: perdunt et gramina flores.

Perdit spina rosas: nec semper lilia candent.

Nec longum tenet una comas: nec

populus umbras.

Valerius.

Socrates humane sapientie quasi terrestre quoddam oraculum: copendiaria uia eos ad gloriam peruenire dicebat: qui id agerent: ut quales uideri uellent: tales etiam essent. Idem ab adulescentulo psultus utrum uxorem duceret: an se omni matrimonio abstinere respondit. utrumlibet eorum fecisse: acturum se penam. Nam hic te inquit sollicitudo: ubi te orbis excipiet: hic generis interitus: hic heres alienus: illic perpetua sollicitudo: prextus querelarum: dotis exprobratio: astimium graue supercilium: garrula socer lingua successor alieni matrimonij: incertus liberorum euentus.

Aug. li. xij. de ciuitate dei. c. 10. Adors non absurde dicit et malis mala: et bonis bona. In requie sunt enim anime piorum a corpore separate: impiorum autem penas luunt: donec istarum ad eternam uitam illarum uero ad eternam mortem: que secunda dicit: corpora reuiuiscant. Ambro. Non. n. pro pena: sed pro remedio dominus dedit mortem: quia finis malorum: atq; penarum. est ergo mors non solum malum non est: sed maximum bonum est. Greg. 4. dialo. Pensandum est quod tutior uia sit ut bonum quod quisque ponit mortem suam sperat agere per alios agat dum uiuit ipse per se. Beatius quippe est liberum exire. qd post uincula libertatem querere.

Ambro. 10. de bo. mor.

Impio amarior est uita quam mors grauius est enim ad peccatum uiuere: quam in peccato mori: quia impius quod diu uiuit peccatum auget: si moriatur peccare desinit: longe itaque illi damnatio posuisset ne incrementa faceret peccatorum.

auctoritates

Seneca.

Male viuit quisquis nescit bene mori.

Gregorius. xij. mo.

Quā p̄ns vita semper incerta sit. tanto mors surrep̄s timeri debet: quanto nunq̄ preuideri valet: ad hoc aut̄ conditor noster latere nos voluit finem nostrum: vt dum incerti sumus quādo moriamur semper ad mortem parati inueniamur.

Idem om̄.

Quia v̄tute mortis t̄ps ignoramus. et post mortē opari non possumus. siue est vt an mortē t̄pa idulta rapiamus. sic. n. sic mors ipsa quā uenerit v̄c̄it si p̄usq̄ ueniat sp̄ t̄meat.

Plato in Gorgia.

Mori quidem nullus formidat: nisi omnino stultus atq; ignauus: iniuriarū autē facere formidat multis. n. peccatis refertum animū ad inferos descendere: malorū omniū vltimū. Idē mors est quidē vt mihi videt̄: nihil aliud q̄ duarū rerū dissolutio aīe. s. et corporis ab inuicē.

Plinius. ij. ep̄la.

Dum vita sup̄erit enitiamur vt mors quam paucissima que abolerē peccata possit inueniat.

Plato vt supra.

Periculosum. n. atq; graue putandū est: si quis animū suū neglexerit. Nā si mors esset totius interitus: plurimū lucrarent ip̄robi: quū et a corpore: et a prauitate simul cū aīo per mortē liberarentur: nūc aut̄ quum immortalis appareat esse animus nullū sup̄est refugiū: neq; tutamē malorū nihil vt optimus et sapientissim⁹ fiat. Nihil. n. quū decedit secū defert aīus p̄ter eruditionē atq; alimoniam: que qdē his q̄ mortui sūt plurimū p̄ducere vel abesse dicūt

Augustinus.

Deus diē mortis incertū salubriter p̄stituit: diē suū vltimū q̄q; salubriter cogitet misericordia dei ē: qz nescit homo quā moriat̄ latet vltim⁹ dies vt obseruentur oēs dies.

Tullius de am̄ci.

Illorū beata mors videtur: quorum vita laudabilis fuit.

Hiero. ad croma.

Ego i peccatorū meorū sepulchro iacens d̄ncū de euangelio clamorē expecto: Hieronymē ueni foras. O mors desiderabilis: o mors omniū malorū presentū finis: o mors laboris clausura: q̄tis p̄cipiū: q̄s cogitare q̄at uay utilitates b̄itudinū.

Aug. de uisitacōe infirmorū

Nā male mori xp̄ianorū non est: bene autē mori cū xp̄o uiuere est: et quis beneficia ipsius sufficiēter expediat: que hoīez cū xp̄o p̄glutināt: que vt dictū est finis est malorū nutritrix et initium est felicitatis future. Aug. Non moritur nisi qui mortale crimen admiscerit secūdū illud. anima que peccauerit ipsa moriet̄ quod peius est: multi in corporib⁹ uiuis animas mortuas portare nō scūtur. Crudelius est q̄ mori: mortem semper timere.

Seneca lib. 3.

Mortalis est vita qua moritur virtutibus. Qui vitijs uiuit sepeliet̄ fame p̄dit gl̄iam: q̄ manet turpitudini crescit infamie.

Petrus Rau.

Semp homo b̄nfacere tūc icipit quā mors t̄ps benefaciēdi assumit.

Idem.

Semper ante oculos cordis pone: q̄ nec amicorū turba: nec familie multitudo nec auri argēti q̄ cōgestio: nec gemarū lapides fulgen-

auctoritates

res: nec vndemiarū vbertas nō dē-
fitas legerū: non iocūditas extensa
peccatorum possunt anime exeun-
ti de corpore vlluz afferre presidiū:
sed plus lugent: qui ea dilexerunt.

Aug. li. exhortationū ad iul.

Semp ante oculos nostros ver-
sentur vltimi dies: vt quū diluculo
surrexerimus ad vesperū nos per-
uenire non confidamus: ⁊ quū in
lectulo membra disposuerimus de
lucis nō confidamus aduentu ⁊ fa-
cile poterimus corpus nostrū a vi-
cijs ⁊ cōcupiscentijs malis refrena-
re. Heu heu q̄ breuibus parcūt in-
gentia causis.

Claudianus lib. ij.

Mortē probamus nō esse lugē-
dam. primo q̄ cōis est ⁊ debita cū
ctis: deinde quia nos a seculi huius
absoluit erumnis postremo quia
ad modū somnia labore mundi re-
quiescere facit in spē resurrectionis.

Ambrosius

Bona mors qua pctō morimur
deo vivimus: que culpe refuga: do-
mino dedita a mortali nos separat
⁊ immortalī nos consecrat.

Macrobius lib. j. de som.

Plato duas mortes hoīs esse di-
cebat quarū alterā natura: alteram
virtutes prestant. Nō. n. moritur:
quū anima corpus reliquit solutus
lege nature. Admō ē dicitur quū
anima adhuc in corpore p̄stituta:
corporeas illecebras philosophia
docente contēnit: ⁊ cupiditatū dul-
ces insidias reliquasq̄ passiōes om-
nes exuit. Et hāc mortē dicit. Pla-
to sapientibus appetendā: illaz ve-
ro que annibus natura constituit
cogi vel inferri vel accersiri vetat.

Plutarchus.

Quidā gnosofhistaꝝ ab Alexā.

interrogatus: vtrū ne piures vinen-
tes an mortuos censeret viuentes
ingt nec enī ampli' esse mortuos.

Sen.

Hoc nulla diligentia euitat: nul-
la felicitas donat: nulla potētia eui-
cit. Admō oēs eq̄ vocat. iratis dijs
propitijs moriendū est. oēs. n. refer-
uamur ad mortē: totū hunc quem
videm' populum quousq̄ cogitas
esse. cito natura vocabit ⁊ condet.
Nec de re. sed de die queritur eodē
citiussue tardiussue morienduz est.
quid ergo. Non tibi timidissimus
omniū videtur ⁊ insipientissimus.
qui magno ambitu rogat moram
mortis. nōne p̄tēneres eū qui inter-
perituros constitutus beneficij lo-
co peteret. vt vltimus. ceruices pre-
beret. Id facimus magno estima-
mus mori tardius. In oēs p̄stitutū
est capitale suppliciū. ⁊ quidē p̄sti-
tutione dignissima. Ote dementez
o oblitum fragilitatis tue. si tunc
mortem times quū tonat.

Seneca ibidem.

Mors oīuz dolor resolutio ē ⁊
finis vltra quē mala n̄ra nō exeūt.
h̄ futūre remittit. hec captiuoz ca-
thenas leuat. carcere educit. hec
exulibus in patriam tendentibus
inter facit: hec equo iure exequat
osa. hec est q̄ paupertatis metu si di-
uitiaz cura nō libidis stimulis agi-
tat. nō inuidia t̄gimur. sed vt ma-
gna ⁊ etna pax nos excipiat efficit.

Aug. li. de disciplina xp̄iana.

Perversus hō p̄uerso mō plus
amat mortē q̄ vitā. ecce vnde te cō-
uincō: amas tunicā tuā bonā eā vis
amas villā tuā bonā eā vis. amas fi-
liū tuū bonū eū vis. amas domum
tuā. bonā eā vis amas amicū tuum
bonū eū vis: qd est. qd ē bonā vis

auctoritates

habere mortē: quotidie. n. rogas: ut
qm̄ mors v̄tura ē bonā mortē det
mibi deus dicit. **Be^o** auertat a me
malā mortē. Plus ergo amas mor-
tē tuā: q̄ vitā tuā. **M**ori male tēs &
male viuere nō times: Corrige ma-
le viuere: & tunc non timebis male
mori Sed noli timere. Non potest
male mori: q̄ bñ vixerit. **D**isces er-
go bñ mori si didiceris bñ viuere.
bona mors homini est. q̄ vite extin-
quit mala.

Seneca i puerbijs.

Atendite calamitates: p̄sidera-
te diuitū sepulchra: vel eoz qui an-
te pauca fuerant tpa nobiscū: quid
sunt & quid fuerūt: vel qd eis diui-
tie vel cupiditates profuit. Ecce ni-
hil ex eis nisi soli cineres remanse-
rūt: qui tñ si loq̄ possent: hoc nobis
dicerent: ut quid infelices tñ p̄ se-
culi vanitate discurritis: ut quid vi-
cijs & criminibus repleti estis. Con-
siderate ossa nostra: & sic vobis ab-
horreant cupiditas & miseria ve-
stra: quod vos estis: nos sumus.
Quod sumus vos eritis. **I**sta oīno
fratres carissimi sollicita considera-
tiōe p̄sate: & hec p̄siderantes expa-
uescite. **D**ie mortis ante oculos ve-
stros semp ponite ad emendationē
quātū potestis festinate. Nolite ne-
gligere q̄ quotidie vos peccantes
pius dominus sustinet: qui quāto
diutius expectatur: ut emendetis:
tanto graui⁹ puniet: si neglexeritis.

Aug. in sermone de brā vita:

In luctu atq; misijs: mors erū-
narum requies est: non cruciatus.

Salustius in chatilinario.

Quō enim bonū est nos hic eē:
Immo molestus est: & graue: atq;
periculosus: nūm̄ vbi malicie: plu-
rimū sapiētie modicū: si tñ vel mo-

dicū inuenitur: vbi viciosa sunt om-
nia lubrica operta tenebris: obfessa
laqueis peccator: vbi periclitatur
aīe: vbi spūs affligunt sunt sole: vbi
tantū vanitas & afflictio spiritus.

Ber. in sermone. ij. **E**scen.

Bene dicit: quia hō nūq̄ in eo
dē statu p̄manet: quia dū infantia
ad pueritiā. pueritiā ad adolescen-
tiā: adoleſcētia ad iuuetutē. **I**uuen-
tus ad senectutē: senect⁹ transit ad
mortem in cursu vite p̄sentis. ip̄sis
suis augmētis ad detrimēta impel-
litur. Et inde semp deficit. vñ se p̄-
ficere in spaciū vite credidit. **S**irū
enim statū hic habere nō possum⁹:
quo trāsituri venimus. at hoc ip̄sū
nostrū viuere quotidie a vita trās-
ire est.

Breg. lib. io. mora.

Mibi videt acerba semp & im-
matura mors eoz qui immortale
aliquid parant. Nam qui voluptati-
bus dediti. quasi in diē viuūt. viuē-
di causas quotidie finiunt. qui ve-
ro posteros cogitant. & memoriam
sui operib⁹ extēdūt his nulla mors
nō rep̄tina vt semp ichoatū aliquid
abrūpat.

Plin. epi. xxxiij.

Nō est lugenda mors: quam im-
mortalitas sequitur.

Tul. de senectū.

Adigrāt quotidie bōa fallacia,
& multo veloci⁹ exeūt q̄ intrauerūt
& tñ si nobis vsq; ad vltimū liceat
istis frui: alijs certe relinquēda sūt.
nihil nobiscum ferre possumus. nī
si vita bene atq; innocenter acta.

Idem ibidem.

Hec est hereditas nostra. q̄ nec
eripi cuiq; nec transferri ad alterū
pōt.

Lactantius lib. vij.

Quāta felicitas existimanda est
subtractū his labib⁹ hōiem terre p̄-
ficisci ad illū equissimū inuicez: p̄

auctoritates

veteres indulgentissimum: qui pro laboribus requie pro morte vitam pro renebris claritate pro terrenis ac brevibus bonis: eterna ac celestia largitur. Cum qua mercede acerbitates: et miserie: quas perpetuamur in hoc mundo facientes opera iusticie conferri condequari nullo modo possunt.

Lactan. li. 7. de vera ac falsa religione. c. 27.

¶ Si quis nos interroget: utrumne bonum sit mors an malum respondebimus qualitatem eius ex vite ratione ponderari debere. Nam sicut vita bonum est si cum virtute vivatur: malum si cum scelere sic et mors ex preteritis vite actibus ponderanda est. Ita fit: ut si in dei religione transacta sit: mors malum non sit: quia translatio est ad immortalitatem. Si aliter malum sit necesse est: quoniam ut dixi ad eterna supplicia transmittit.

¶ Idem lib. iij. ca. 19.

¶ Non est dignum in morte accipere solatium quod se non cogitauerit moriturum.

¶ Cyprianus de pe. di. vij. ca. Idcirco fratres.

¶ Omnia mortalius opera mortalitate damnata sunt. Inter pictura vivimus: Equat omnes civis. pares nascimur: pares morimur.

Seneca. epi. 92.

¶ Lugeat mortuus: sed ille quem gehena suscipit: quem tartarus devorat: in cuius pena eternus ignis estuat non quorum exitum angelorum turba permittat: quibus obvia Christus occurrit: gravemur magis si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus: quia quod diu hic moramur: peregrinamur a domino.

¶ Hieronymus ad paulam de dormitione bresille.

¶ Ad initiorum tuorum regulam: finis in ipso exordio cogitandus est. Qualem ad ultimum illum diem pervenire cupis

talis iam nunc esse conare.

¶ Idem epistola ad virginem.

Mauricij.

¶ Plangere debemus de seculo recedentes: si seculi inimicitias contra nos minime sentiremus et plangimus domini beneficia: quod novit infirmitati nostre quod prestat. Perichitari volebat adhauc quod dolet aliquando dormientes. Et inter fluctus vite presentis videre cupiebat miserum laborare: tantis ac talibus repestatibus vite. Tot impugnationes Dyaboli: tot corporis bella: tot seculi clades evasit et lachrymas fundis quasi nescias: quid in te ipso quotidie patiaris. Resurgere credimus nostros et plangimus. Quid faceremus si mori tantummodo sciperet deus. Voluntas eius sola utique sufficeret: ad solatium: cui preponere iubemur affectum nullum. Quod dederat abstulit: quod creaverat: quis est qui plangat quod ad tempus acceperat: Commodauerat: ut haberes: quatenus tunc tunc voluisset: et quoniam vellet rursus auferret. Nihil abstulit tuum: quod recipere dignatus est proprium. Creditum suum recipere decuit creditorem: et nihil aliud decet: quam creditori suo gratias agere mutuantem.

¶ Idem epistola ad Tyrasium.

¶ Adors omnium dolorum et solutio est et finis: ultra quam mala nostra non exeunt.

Seneca ad martiam.

¶ Quis autem dux sit quod quicquid patendum est: Dolemus: quempiam mortuum. Ad hoc enim nati sumus ut maneamus eterni: Abrahama: Moyse: Isaias: Petrus. Jacobus. Paulus electionis vas: et super omnia dei filius mortuus est: et nos indignamur aliquem exire de corpore: qui ad hoc forsitan

Auctoritates

raptus est: ne malicia inmutaret intel-
lectum eius. Bonus est deus: et omnia
que facit: bona sunt: necesse est. Ad a-
riti orbital irrogatur: plango quod ac-
cidit sed quia sic placuit deo: equo
animo sustinebo: vnicus raptus est
filius durū quidem: sed tolerabile:
quod abstulit ille qui dederat.

Hieronymus in epistola ad Paulā
de morte Bressille.

Rogatus quid nam apud homi-
nes esset beatius. Felicem inquit mo-
ri Antisthenes.

Laertius Diogenes

Aduersus mortis necessitates: quod
fratres diuidit: et carissima inter se
nomina crudelis: et dira dissociat
hoc remedio erigimur: quod in breui
visuri sumus eos: quos absentes do-
lemus eos.

Hec Hieronymus.

Neque enim mors: sed somn^{us} ap-
pellat secundum Apostolum. Licini^{us} in bre-
ui consumat^{ur}: expleuit tempora mul-
ta: nos tolendi magis: qui in prelio
stamus: vulnera accipimus: virtus
sordidamur. Ille iam securus et vi-
ctor aspicit de excelso: et fauet labo-
ranti: et iuxta se locum preparat.

Hieronymus ad Theodoruz de
morte Lucinij.

Gloria vincenti: mors est: non pe-
na putanda.

Est et vita mala: mors reputan-
da nimis. Quidam phisus.

Liberari a vita mortali: cuiusdam
mali in bonū cōmutatio est. Pla.

Si quis sciat: quis est finis bo-
norum: que felicitas vera: nunquam
sibi videbitur p̄matura morte p̄tur^{us}.

Quin. capi. iij.

Ego certo scio omnem animuz
immortalem esse: qui quum ex hoc
loco migrauerit: si iniuriis alios per-

secutus est cruciatib^{us} afficitur. Si
vero iusticiam coluerit contentus
ac sine dolor permanet. Itaque siue
in hac vita: siue in altera: quuz pie
vixeris: te beatum esse oportet.

Pla. in sermone de contemnen-
da morte.

Eripere vitam nemo homini po-
test: ac nemo mortem: mille ad hanc
aditus patent.

Sene. Tragedia. 3. Thebas.

Dies iste quez tu formidas: eter-
ni natalis est. Depone onus. Quid
cunctaris. Discutietur illa caligo: et
lux vndiqz te clara percutiet. Ima-
ginare tecū quantus sit ille fulgor:
tot sideribus inter se lumen miscen-
tibus. Nulla serenum vmbra tur-
babit equaliter splendebit omne ce-
li latus: dies et nox in sinu aeris vi-
ces tradent: tunc in tenebris virisse
te dices: quū totam lucem tot^{us} aspe-
xeris: quam nūc per angustissimas
oculorum vias obscure intueris: et
tamen admiraris illam iam p̄cul.

Sene. epi. ciiij.

Quid tibi videbitur diuina lux:
quum illam suo loco videris.

Idem tragedia. vi.

Optanda mors est: sine metu mor-
tis mori. ferre quam sortē patiunt^{ur}
omnes nemo recusat.

Nihil eque tibi taz profuerit ad
temperantiam ouim rerum: quod fre-
quens cogitatio breuis eui: et huius
temporis incerti. Quicquid facies:
respice ad mortem.

Idem epi. cxv.

Nullo pacto fieri potest: vt eius
nobis amara mors non sit cui^{us} dul-
cis est vita.

Aug. lib. xix. de ciui. dei.

Cornelio pho Augu. Hipponen-
sis episcop^{us}. salutem in dño perpe-

Auctoritates

nam. Qualis et quanta sit nostra calamitas et miseria attende: obsecro diligenter. Formavit homines de limbo terre. Planetas et stellas fecit ex igne: flatum et ventus fecit ex aere: pisces et volucres fecit ex aqua homines et iumenta fecit ex terra. Considera aerem: et viliozem te cognosces. Considera ignea: et vilissimum te reputabis: nec audebis te preferre terrenis: quia parez te iuvenies iumentis insipientibus: et similis factus es illis. Quid ergo prodest nobis sapientia huius mundi: ubi namque queso filii sapientia Salomonis: Ubi potentia Octaviani et cesaris imperatorum? Ubi fortitudo Sansonis? Ubi plato et Aristoteles: Ubi secretes Duidius et Zeno: Democritus qui a casu posuit mundum? Ubi Hypocras: Galienus: et Avicenna cum medicina sua: Ubi Priscianus cum grammatica sua: Ubi aristoteles cum logica: ubi Tullius cum Rhetorica: ubi Euclides cum geometria: ubi Pythagoras cum Arismetica: ubi Ptolomeus cum astrologia. Nonne omnia pulvis: Nonne eorum memoria ad nihilum est deducta: Ergamus ergo filii penitentiam: dum tempus habemus antequam veniat dies illa magna et amara valde. Tunc in die furoris domini: medicina Galieni: et Sophismata Aristotelis non proderunt. Sed plus gaudebit Lazarus pauperculus: et ulceribus plenus: quam omnes huius mundi sapientes: cum eorum astucia et doctrina. Opto te filii in christo semper benevalere. Aug.

¶ Si iuste inquit Orpheus sancteque vivemus: et hic bene. et postquam hinc recesserimus: beatiore futurum sumus. Quam beatitudinem non determinato quodam temporis spacio habebimus:

sed in eternum requiescere poterimus: una cum ceteris habitantes immortalibus. Eusebius lib. xij. c. xxij. de evangelica preparatione.

deberet a terra. Tales significatur per regē Baldezar: qui vidit manū scribentē imperite: mane pondus rechel. Numerus phares: diuisio. Tertia mercatio ē viriliter amplectenda: et hec est mercatio regni celi: que emitur et datur tribus modis et in proxime dicto patet.

Secundo ostenditur decedentis conditio onerosa. cum dicit. Et necesse habeo exire. &c.

Pro Sene. sermo. vii.

Abraam mortuus est in senectute bona Gen. ij. Scribitur Apocal. xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur. Ille autē qui moritur in bona senectute in dño moritur. Talis fuit Abraam ut dicitur in verbo proposito. Possunt etiam hec verba de hoc dño exponi: in quo quidem verbo tria notantur.

Primum est dignitas personalis conditionis cum dicitur Abraam.

Secundum est calamitas humane resolutionis cū additur mortuus est.

Tertium est comoditas necessarie consolationis cum subiungit in senectute bona.

Primo circa primum est sciendum quod senectus est bona.

Primo quando est vallata amicorum obsequijs.

Secundo quando est dotata diuitiarum presidijs.

Tertio quā est ornata discretiōis consilijs vel suffragijs.

Quarto quando est firmata viribus auxilijs.

Quinto quando est dotata virtutum gratijs vel priuilegijs.

Primo dico quod senectus est bona quā est vallata amicorum obsequijs. Unde quando homo nō potest se in senectute iuuare: et habet amicos iuuantes eū: tunc est bona senectus: propterea bene dicitur. 8. Ethic. Quod omnes homines egent amicis. Diuites pauperibus egent: qui eorum opera faciant. Pauperes diuitibus qui eis subueniant. Senes iuuenibus qui eis seruiant. Iuuenes senibus qui eos instruāt. Adulta enim incōmoda circūueniunt senē ut ait Seneca. et ideo indiget amicis qui eis seruiant et ministrēt. Secundo est bona senectus quā est dotata diuitiarum presidijs. Adulta enim sunt necessaria seni propter multas infirmitates et diuersas necessitates. Unde propter hoc debent iuuenes laborare libenter. dicitur enim Eccli. xv. Qui in iuuentute nō congregasti quō in senectute inuenies. Ideo sapiēs mittit nos ad fornicā dicens. O piger disce sapienter.

Tertio requiritur ad bonā senectutē quod sit ornata discretiōis consilijs siue suffragijs. Quia maledictus est puer centum annorum. Isa. Omnes enim eū derident et confunditur cū parentibus et amicis. In antiquis enim debet esse sapientia ut scribit Job. xij.

Quarto est bona senectus quando est firmata virium auxilijs: ut homo adhuc se possit iuuare: et nō pro quolibet seruitio auxilium petere. Ideo dicitur Eccli. vi. Memento creatoris tui antequam veniant dies de quibus dicat non mihi placent: antequam tenebrescant. Vidētes per foramina i. oculi et obsurdescant filie carnis. i. aures &c. De talibus melius ē mori quā viuere. Secundum enim Aristoteli. i. Topicis Quedā insula est in qua

pro domina Sermo viii

homines tantū viuūt q̄ est eis ma-
gna gloria q̄ a filijs occidant. Un-
de volentes crudeliter agere trans-
ferunt eos ad aliū locuz vbi citius
moriuntur. Quinto dico q̄ est bo-
na senectus quando est dotata vir-
tutū gratijs. qm̄ recogitat annos su-
os in amaritudine aīe sue. Juxta
illud psalmi. Recogitabo tibi oēs
annos meos in amari. aīe mee. Ta-
libus ergo senibus est bonū mori
qui. s. moriunt. Dum adhuc se pos-
sunt iuuare. Dum habent necessa-
ria. Anteq̄ amicis displiceat vita
ipsorum. Dū adhuc sunt in sensu
et dominū cognoscūt bene de talib⁹
dicit Seneca. Cū est vita grata: tūc
est mortis optima cōditio. et Eccli.
41. Q̄ mors bonum est iudiciū tuū
homini indigenti: qz dicitur Eccli.
4. Et q̄ minoratur viribus: qui se
iuuare non pōt defecto etate. idest
cōsumpto propter longā etatem: et
cui cura est de oībus: qz caret ami-
cis. Et incredulus quia perdidit sa-
piētia: et ideo nemini credit: nec q̄-
tū ad corporalia: nec quantū ad spi-
ritualia. Nota ergo q̄ mors est bo-
na in senectute bona. anteq̄ homo
veniat ad senectutē malā. et in sene-
ctute mala ne viuāt homo cū pena
sic mortuus est iste valens homo.
¶ Secūdo dico q̄ in verbo. propo-
sito notatur calamitas humane re-
solutionis cū additur mortuus est.
Ubi est sciēdū q̄ multe sunt pene
a quibus boni senes liberantur per
mortē. Sunt enim senes. In labo-
re dolore. et timore. Ab his oībus li-
berantur p̄ mortē. Nā oīa faciūt cū
labore. Uiuūt cum multo dolore.
Sunt et in multo timore. Ab his
oībus liberantur per mortem.
¶ Primo a laboribus. Unde Apoc.

xiiij. Amodo enim iā dicit spūs: et
requiescāt a laboribus suis. Juxta
illud psal. In pace in idipsum dor-
miā et requiescā. Inter alia mala q̄
senes patiuntur est q̄ non possunt
dormire. post mortē aut̄ dormiunt
et requiescunt sine labore.

¶ Secūdo liberantur a dolorib⁹. Un-
de Apoc. vlt. Absterget deus oēm
lachrymā ab oculis eorū. Sūt enim
senes lachrymosi. et mors nō erit ul-
tra q̄ ē cū sūmo dolore. Neqz luct⁹
neqz dolor aliqs erit ultra: sed erit
gaudiū sēpiternū. Unde Grego.
Que autē lingua dicere vel quis in-
tellectus capere sufficit illa super-
ne ciuitatis quāta sunt gaudia: an-
gelorū choris intereū cū beatissimis
spiritibus glorie cōditoris assistere
presentē dei vultū cernere incircum-
scriptū lumē videre: nullo mortis
metu affici incorruptionis mune-
re perpetuo letari.

¶ Tertio liberantur per mortem a ti-
morib⁹. Juxta illud psal. nō tēbis
a timore nocturno. qui ē furor. A sa-
gitta volāte in die. qui est timor ho-
stiū. A negotio perambulāte in te-
nebris. qui est timor prudētū. Ab
incurso vidēter offendētū. et demo-
nio meridiano. idest aperte temptā-
tū timore demonū. Et ideo bene-
dī de talibus illud Leuit. 26. Dor-
mientis et nō erit q̄ extereat. Roge-
mus ergo dñm nostrū Iesuz Xps.
¶ Pro domina Sermo. 8.

Sapiens muli-
er edificauit domum su-
am. Proverbio. xiiij.
Differentiam assignat Salomon
inter mulierem sapientē et fatuā: qz
sapiēs edificat domū suā: stulta vero

pro domina

destruit. Unde statim adiungit. In sapiens vero constructas destruet manibus. Sic est etiam quantum ad domum spiritualem. Notandum est ergo quod hec domina cuius corpus iacet ante nos fuit mulier sapiens quo ad deum et quo ad mundum. Et ideo bene sibi convenit verbum propositura in quo duo notantur ad commendationem ipsius.

¶ Primus est discretio luminosa cum premititur sapiens mulier.

¶ Secundus est operatio virtuosa. cum addit. edificavit domum suam.

¶ Primo circa primum est sciendum quod hec domina fuit sapiens pro tria: que secundum Tullium requiruntur in quo liber prudente. Ubi ait quod persona prudens.

¶ Primo presentia ordinat: quia nisi hoc faceret frequenter operando erraret: sicut si quis seminaret in hyeme. Nam omnia tempus habent. Ecclesiastici. iij.

¶ Secundo futura previdet: quia aliter non posset damna et pericula evitare. Unde Prover. iij. Adversus enim iacula feriunt que prudent.

¶ Tertio preterito recordatur. Qui enim de preterito non recordatur ingratus est. Unde Seneca. Beneficiorum nunquam desquis obliuisci. hec tria fecit ista domina. ideo merito fuit prudens. Nam vitam suam ad dilectionem dei et proximi continue ordinabat: eundo continue ad ecclesias. ad predicationes cum oportunitas aderat et orationi instando cum proximis etiam dulciter et pacifice querendo. Futura inferni pericula cogitans peccata quantum poterat devitabat. Preterita etiam beneficia sepe ad memoriam reducebat. Peccata etiam preterita recogitans confitebatur sepe et penitentiam de ipsis age-

bat. Et ideo propter predicta bene potest de ipsa exponi illud. Eccle. xiiij. Beatus vir qui in sapientia morabitur: ne penam futuram habeat. Et qui in iusticia meditabitur: et iusta opera faciat. Et in sensu cogitabit circumspeditionem dei. de preteritis cogitando: et penitentiam agendo: et beneficia recolendo. Ipse enim omnia prospicit: et omnium recordatur. Plus enim est artifex: omnem habens virtutem: omnia prospiciens sapientie.

¶ Secundo dico quod hec domina commendat ab operatione virtuosa: cum dicitur edificavit domum suam. Ubi est sciendum quod ipsa triplicem domum edificavit.

¶ Primo domum temporalis sine materialis substantie.

¶ Secundo domum pacis proprie.

¶ Tertio domum celestis patrie.

¶ Primo dico quod ipsa edificavit domum temporalis sine materialis substantie. De qua Paulus ad Cor. xi. Nunquid non habetis domos ad manducandum et bibendum. De qua potest exponi illud Tobie. iij. Parentes monuerunt Sarram honorare: scilicet diligere viros: regere familiam. conservare domum et irreprehensibilem se in omnibus custodire. Quinque ponuntur hic documenta pulcherrima.

Primum est honor parentum viros: quia qui honorat parentes viri honorat filium. Unde Eccle. Honor filii est honor patris. Et dedecus filii pater sine honore. similiter est de matre.

Secundum documentum est dilectio viri cari. Dilectus meus mihi et ego illi.

Tertium est regimen familie: ne permittat facere quod non decet. i. Thimo. ij. Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet infidelis est et infideli de serior. Argue. obsecra. Increpa. ij.

Sermo viii

Thi. 4. Documentū est conserua-
tio domus. Cū enim mulieres stēt
domu: et viri ad exteriora pcedant:
debet vxoꝛes domū sollicitē conser-
uare. iuxta illud Latonis. Rex tuā
custodi. Quintū est conseruatio ho-
nestatis. s. vt taliter se habeant q̄ a
proximis reprehendi nō possint. i.
Thimo. v. Loquendo de viduis p̄-
cipe vt irreprensibiles sint. Secū-
do edificauit domū p̄scientie p̄prie
per opera virtuosa et sancta. de qua
p̄est exponi illud. p̄s. Domus tuā
dñe decet scitudo in lōgitudine die-
rū. **Pau. 2. Cor. 6.** Templū dei qđ
estis vos. Magnū enī dñm decet
pulchrā et mūdā habere domū. Vñ
Ambro. in s̄mone de aduētū. Ecce
si quis seniorē in domo sua recipe-
re debuisset ab oībus imūdis reb⁹
ipsas mūdasset: et q̄ necessaria erāt
p̄ sua possibilitatē preparasset: q̄ si
mortalis homo facit suscepturus
mortalē: quāto magis creatura mū-
dare se debet: vt suo creatori nō di-
spliceat: In hac domo ipsa posuit
fidei fundamētū: Spei: Charitatis
et pietatis operimētū. Charitas enī
operit mltitudinē peccatorū. i. **Pe.**
Tertio edificauit domū celestis pa-
trie. de qua. p̄s. Beati qui habitant
in domo tua dñe: in secula seculorū
laudabūt te. et **Jo. 17.** In domo pa-
tris mei mansiones multe sunt: q̄
s̄m diuersitatē meritorū et gradus
est diuersitas p̄miorū. Qui enī plu-
ra bona facit: maiores gloriā habe-
bit. Deus enim est iustus qui red-
dit vnicuiq̄ iuxta opera sua. **Ro. 2**
Rogemus ergo dñm.

O Pro dña sermo. ix.
Date ei de fru-
ctu manū suarū: et lau-

dent eā in portis opera eius. **Pro-
uer. vi.** Secundum Apostolum ad
Ro. 12. Qui non laborat manduca-
re nō d̄: et a p̄trario sensu arguitur
q̄ q̄ laborat d̄ de suo labore come-
dere. Qđ p̄firmat idē **Pau. 1. Cor.**
ix. Quis inquit plantat vineā et de
fructibus eius non edit: propterea
de hac dña pōt expōi verbū p̄positū.
in quo tria notant. Primū est libe-
ralitas tribuētis. qđ notat cū p̄mit-
tit̄ date ei. vos angeli. s. Scđm est
idoneitas p̄merētis. cum addit̄. de
fructu. ma. su. Tertiu est honorabi-
litas decedētis cū sequit̄. Et lau. e.
in portis opera eius.

¶ Primo dico q̄ i verbo p̄posito
notat liberalitas tribuētis. ibi. scili-
cet date ei. vbi est sciendū q̄ de⁹ dat
tribuētibus et bona facientibus.
Primo rationabiliter. ideo dicit̄
Math. xiiij. Date et dabitur vobis
vna enim manus lauat aliam.

Secdo dat liberaliter. Vñ **Math.**
xix. Cētuplū accipietis et vitas eter-
nā possidebitis. Natura enim hoīs
liberalis ē plus dare q̄ accipere vt
dicit̄. **ij. Eth.** Et ideo dicit̄ **Luc. 6.**
Mensurā bonā et cōfectā et coagita-
tā et supfluentē dabūt in sinū v̄rū.
Tertio dat irreuocabiliter. Unde
Math. v. Venite benedicti patris
mei p̄cipite regnū qđ vobis paratū
est a cōstitutōe mūdi. Esurui enī
et dedistis mihi māducare. Et ibi
infra. Et ibunt hi in suppliciu eter-
nū iusti autē in vitā eternā. Quia
igit̄ hec domina libēter dedit pau-
peribus amore dei: merito de⁹ da-
bit ei rationabiliter regnū eternū.

¶ Secundo ponitur in verbo p̄-
posito idoneitas p̄merētis. ibi de
fru. ma. su. Si accipiter accipit co-
turnicem: a dño recipit. portiones

pro puella

Sic debet esse de quolibet homine. Quia si quis fructuose laborat debet de proprio labore gaudere. Triplex autem est fructus quem ista domina acquisiuit.

¶ Primus est fructus penitentie de quo Math. iij. Facite vobis fructus dignos penitentie. vbi Grego. Tāto enim quis debet se alacriter abstinere quanto se meminit et illicita perpetrasse.

¶ Secundus est fructus iustitie. Quando. s. quis non indiget penitentie facit opera iusta. de quo Jaco. iij. Fructus iustitie facientibus pacem: quia beati pedes euangelizantium pacem. Tertius est fructus glorie de quo Sap. iij. Honorum laborum gloriosus est fructus hunc triplicem fructum habuit ista domina: quia et de peccatis penitentiam fecit sibi impositam. Et multa bona superaddidit. Et eternam gloriam permeruit.

¶ Tertio notatur in verbo proposito honorabilitas decedentis cum subiungitur. Et laudent eam in portis operum eius. Circa quod est sciendum quod hec domina.

¶ Primo laudatur a christo. Unde Prover. vi. Vir eius laudauit eam. i. christus. cui se desponsauit per verum amorem.

¶ Secundo laudatur a proximo. Iuxta illud psalmus. Laus eius in ecclesiis sanctorum.

¶ Tertio laudatur a bonis operibus. Iuxta illud Eccl. ix. In manu artificis opera laudabuntur: et per dominum magister et artifex. Nam puerbium est quod opus magistrum commendat. Legitur de beata Helisabeth regina quod studuit implere sex opera pietatis. unde in camera sua parabat lanam pro vestitu pauperum. eos pascebat et potabat. Infirmos visitabat: et capti-

uos mortuos associabat: ut possit in extremo reddere rationem. Rogemur: ¶ Pro puella. Sermo. x.

Non est mortua puella: sed dormit. Math. ix. Dominus noster loquitur hic similitudinarie sicut multotiens loquebatur. Unde sensus verbi est quod sicut facile est alios dormientes excitare. sic erat sibi facile puellas mortuas suscitare. Et hoc est quod dicitur in verbo proposito in quo loquendo spiritualiter tria notantur.

¶ Primum est priuatio culpe cum premititur. Non est mortua.

¶ Secundus est adeptio siue decor gratie: cum additur puella.

¶ Tertium est possessio glorie cum subiungitur: sed dormit.

¶ Primum dico quod in verbo proposito notatur priuatio culpe cum dicitur. Non est mortua. Ubi est sciendum quod triplex est mors. s. Nature. Culpe. et Heberne. Prima mors est nature: que tria in se habet. Primum est inuitabilis Boe. ij. de consolatione. Met. vij. Quid o superbi colla mortali iugo frustra leuare gestiunt. quasi dicat frustra hoc facitis licet remotos fama per populos meas linguas explicet: id est manifestet. Et licet magna turba fugiat clavis domus mors tamen spiritus altam gloriam. Inuoluit humile pariter et celsum caput: equatque summis summa. Unde Hebre. ix. Statutum est hominibus semel mori. Decretum autem regis non est immutare. Hester. ix. ps. Quis est homo qui uiuet et non videbit mortem: quod dicitur nullus. proprio. n. filio non peccat de quo magis nec aliter. Secundo est terribilis. Unde vij. Ethic. dicitur ultimum terribilium mors. Tertium pro hoc bene figurata est

Sermo 1

per bestiam que habet dentes ferreos. Daniel. iij. Comedens et comminuens: quia nullus potest resistere ei. Tertio est inuestigabilis. Unde Ecclesi. ix. Nemo nouit finem suum. et ps. Preoccupauere me laquei mortis et ante pericula occupauere me. id est semper debemus esse parati. Iuxta illud Math. xxij. Ideo et vos estote parati: quia quia hora non putatis filius hominis uenire. Sero senescite. Adhuc in uentute.

Secunda mors est mors culpe. Sicut enim mors corporalis separat animam a corpore ita mors spiritualis culpe se parat animam a deo. Unde i. Jo. iij. Qui non diligit me manebit in morte quia a deo est per peccatum obno separatus.

Tertia mors est mors gehene. De qua habet in ps. Mors depascet eos. Sicut enim herba comesta iterum nascitur ita damnatorum pena continue renouatur.

Trasibunt ab aq. nium ad calorem nium. et conuerso Job. xxij.

Secundo dico quod in uerbo proposito notatur pulchritudo siue decor gratie cum dicitur puella. que a puritate dicitur. Unde sciendum est quod ad hanc puritatem tria requiruntur. scilicet.

Adentis munditia.

Carnis pudicitia et conuersationis gratia.

Primo requiritur ad puritatem mentis munditia. De qua dicitur Judith. xij. Non vereatur bona puella ingredi ad dominum meum. Puella que est munda in corde et conscientia necesse est esse munda in carne quia immunditia corporis preedit ab immunditia mentis. Math. xv. De corde exeunt cogitationes male adulteria: falsa testimonia: ita quod conscientia et cor est causa omni mali operis. Unde ubi est munditia cordis est munditia operis vel corporis. Et idem dixit beata Lucia Pascha.

si minari sibi quod ad lupanaria faceret ea duci. Numquam conueniat corpus nisi de consensu mentis. Et tales non oportet timere irritare coram deo quia secure perire. Secundo requiritur carnis pudicitia siue que nullus in illa rebus irabit. siue sit munditia uirginalis: siue nuptialis: siue uidualis. Nam ut dicitur Sap. Nihil conueniat irabit in illa rebus. Talis sic munda fuit Rebecha de qua dicitur Gen. xxij. Erat Rebecha puella decora nimis uirgo quoque pulcherrima: et incognita viro.

Tertio dicitur esse puella conuersationis honesta: que consistit in uerbis et in gestibus: et actibus pudicis. Unde dicitur uirgo Lucia paschalis. Corrupti bonos mores colloca mala: uel uana. Unde de hac potest exponi illud iij. Re. i. Erat abijsaach sunamitis puella pulchra nimis: et sequitur. Rex autem cum cognouit eam.

Tertio dico quod in uerbo proposito notatur adeptio glorie cuius dicitur Dormit. ubi est sciendum quod gloria eterna comparatur somno propter tria. scilicet. Quia primo somnus est laborum terminatiuus. Sic est et gloria sempiterna. Unde apoc. xxij. Et modo enim iam dicitur ps. ut re a. tab. suis. Secundo somnus est naturalis recreatiuus. Unde Jo. xvi. Si dormit saluus erit. Cum enim natura gescit roboratur et recreatur: et recreata melius potest dormire: et morbo resistere. sic facit quies eterna. Unde Epoc. xxi. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Tertio somnus esturbationum sedatiuus: sic eterna gloria. Leui. i6. Dormieris et non erit qui extereat. Rogemus ergo dominum nostrum Jesum Christum ut a somno peccati nos excitet. Amen.

pro paruulo Sermo xi

Pro paruulo. Sermo. xi.

Sed diligere etis
me gauderetis utique: quia
vado ad patrem Ioan.
xiiij. Secundum apostolum ad Ro.
xij. Quod gaudere cum gaudentibus.
Et quia iste puer gaudet: ideo qui eum
dilexerunt debent gaudere cum ipso.
Et hoc est quod dicit in verbo propo-
sito: in quo quidem verbo duo no-
tantur. Primo proposito debite con-
gratulationis cum premittitur. Si. d.
me. Secundo euidentia lucide ratio-
nis ibi quia vado ad patrem.

Circa que notantur per quattuor
psuauerunt homines gaudere de carorum
absentia. scilicet cum elongatur ab eis.

Primo pro acquirenda diuitia-
rum copia.

Secundo pro acquirenda hono-
rificentia.

Tertio pro acquirenda sapientia.

Quarto pro sanitate habenda.
propter hec quattuor debemus patie-
ter ferre absentiam paruulorum.

Et primo pro acquirenda diuitiarum
copia. Nam vadunt ad obtinendum
immensas diuitias. Non enim est
finis thesaurorum illorum. Unde Ba-
ruch. 4. O israel quod magna est gloria
domus dei et ingens locus possessio-
nis eius etc. Preterea ille est diues
qui est contentus: et ille est pauper
qui non est contentus. Unde Sene-
ca. Que est magna paupertas? Aua-
ritia. Que sunt magne diuitie? non
desiderare diuitias. Sed illi qui sunt
in paradiso sunt contenti et nihil plus
desiderant: ergo sunt diuites. Unde
psalmus. Satiabor cum apparue-
rit gloria tua. Math. xi. Omnia mi-
hi tradita sunt a patre meo.

Secundo debemus eis gaudere pro

acquisitionem maximi honoris. Sunt
enim filij dei et heredes. Magnus
honor est esse domicellus imperato-
ris: maior est esse filius: et multo ma-
gis est esse filius dei altissimi. Si. n.
filius et heres pro deum. Gal. 4. Unde
ps. Gloria et honore corona cum.

Tertio debemus eis gaudere: pro-
pter acquisitionem magne sapientie.
Unde Grego. Et quod est quod non vi-
deant qui videntem omnia videt.
In ipso. n. tanquam in speculo omnia videt
aperte. vii. Math. xi. Confiteor tibi domine
rex celi et terre: quia abscondisti hec a
sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis.

Quarto est eis congratulandum: quia
acquistuerunt perpetuam sanitatem et
vitam. Unde Apoc. 21. Et absterget
deus omnem lachrymam ab oculis
eorum: et mors non erit ultra: neque lu-
ctus: neque clamor: neque dolor erit ul-
tra: que prima abierunt. Et ideo di-
cit ps. Convertere domine animam meam
in requiem tuam: quia dominus bene-
fecit mihi. Quia eripuit animam
meam de morte: oculos meos a la-
chrymis: pedes meos a lapsu. Non
ergo de talibus dolendum est de re-
cessu: nec plorandum nisi tempore:
quod tempus. scilicet natura requirit rationabiliter.
Exemplo beate Agnetis que dixit
parentibus suis flentibus. videte ne
me quasi mortuam lugeatis: sed con-
gaudete mecum et congratulamini:
quia cum his omnibus lucidas se-
des accepi. Rogemus.

Pro paruulo. Sermo. xij.

Sinite paruu-
los venire ad me. Talis
enim est regnum celorum.
Math. xix. Secundum quod scribitur
Ecclesia. 14. Omne animal diligit
simile sibi. Dominus autem noster

Sermo xii

est humilis: et ideo humiles diligit sicut ipse dixit *Matth. xi. ubi ait.*

Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Quia ergo paruuli sunt humiles: et ei sibi similes: ideo libenter recipit eos: ut dicitur in verbo proposito: cum ait discipulis. Sinite paruulos etc. In quo quidem verbo tria notantur. Primo indicit animo tristitie rationabilis: cum premitur sinite. quasi dicat nolite prohibere. Secundo ponitur dilectio innocentie desiderabilis: cum addit: paruulos venire ad me: quia scilicet diligo eos. Tertio subiungitur collatio gratie ineffabilis: cum subinfertur. Talium. n. est regnum celorum.

Primo quoniam ad primum debemus promittere deum facere propter tria.

Primo propter rationem potestatis.

Secundo propter rationem bonitatis.

Tertio propter rationem veritatis.

*Primo debemus ipsum promittere facere ratione potestatis vel auctoritatis. In voluntate. n. eius vniuersa sunt posita: et non est qui possit voluntati eius resistere. Unde ps. Omnia quecumque voluit dominus fecit in celo et in terra: ita accidit eis qui volunt ei resistere sicut boui contra stimulum calcitranti: quoniam vno stimulo recipit duos. Unde ait Saulo *Act. ix.* Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Secundo debemus dimittere facere deum ratione bonitatis: quia semper facit quod melius est. Unde facit sicut bonus medicus qui melius nouit quid expodiat infirmo quam ipse infirmus vel alij. Unde *Aristo. v. Ethicorum* dicit quod infirmus magis debet obedire medico quam patri: ita est de deo. Unde *Augu.* Si diuina clementia usque quod pertingit:*

quod minime dubitandum est credere mihi o homo: quia ita tecum agitur ut agi oportet. Et ideo dicit *Prover. iij.* Noli prohibere benefacere eum qui potest: et tu ipse benefac. Tertio debemus ipsum dimittere facere ratione veritatis et equitatis. Ipse. n. non potest errare. Ideo dicitur *Eccle. v.* Non iudices contra iudicem. *fm* enim quod iustum est iudicat: Cecus enim non debet videntem dirigere: quia si cecus ceco ducatum prestat ambo in foueam cadunt. *Matth. decimo quinto.*

*Secundo dico quod in verbo proposito notatur dilectio Innocentie immutabilis. cum dicitur paruulos. ubi est sciendum quod Innocentia paruulorum ostenditur in tribus. Primo in mundicia affectionis. ideo dicit dominus *Matth. xxiiij.* Malicia puuli est: tales sunt digni regno celorum assistere: vnde *Prover. xxij.* Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum: habebit amicum regem. et *Mat. vij.* Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Secundo dico quod est in eis munditia vel innocetia pueris: ideo dicit dominus *Matth. xiiij.* Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli innocetes: supple non intrabitis in regno celorum: quia nulla malitia ibi potest regnare. Unde ps. Innocentes et recti adheserunt mihi. Audiui quod quidam iuuenis frater minor valde bonus in fine dixit istud verbum contra fratres expectantes finem eius. *De autem pro innocetia suscepisti etc.* Tertio in pueris debet esse innocetia incorruptiois: quia sequuntur agnum quocumque ierit: ut dicit *Epoc. xiiij.* Et de talibus carat Ecclesia. Quocumque pergis. virgines sequuntur atque laudibus etcetera. Ideo dicit dominus*

petrus Sermo. xiii.

Prover. ix. Si quis est paruulus veniat ad me. Tertio dico q̄ in verbo p̄posito notat̄ retributio gloriosa cum d̄r. Talium. n. est regnum celoz. Ubi est sciendum q̄ regnum celozum est talium triplici iure.

¶ Primo iure acquisitionis.

¶ Secundo iure hereditarie possessionis.

¶ Tertio iure liberalis donationis.

¶ Primo dico q̄ regnum celozum est paruulorum iure acquisitionis.

Nam p̄ sacramenta baptismi ex institutione divina hoc acquirere.

Omnis. n. q̄ baptizatus fuerit saluus erit. Math. xlii. Decretum aut̄ regis nō lz̄ p̄terire ut d̄r. Hester. i. Sz̄

posset alius dicere multi sunt baptizati q̄ regnum celozum non intrant.

Dicendum est q̄ non intrant. qz̄ p̄stant impedimentum: z̄ reddunt se indignos: tales non sunt paruuli.

Secundo regnum celozum est paruulorum iure hereditarie possessionis. Filij enim p̄rem deb̄t hereditarie. Un̄

Gal. vi. Si filius z̄ heres p̄ deum.

Isti aut̄ sunt filij dei p̄ adoptionem vel per adoptionis gratiam. Unde

Jo. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri. h. q̄ cre. in no. eius. Sz̄ si filij z̄

heres. Ro. ij. Tertio regnum celozum est paruulorum iure liberalis donationis.

Nam cuz deus sit summus liberalis z̄ potens: dat illud oib̄ dignis.

Hec. n. est pp̄rietas liberalis: ut d̄r Iuj. Et̄hi. Hi aut̄ digni sunt. Unde

dicit̄ eis. Luc. xij. Nolite timere pusillus grex: qz̄ complacuit patri vestro dare vobis regnum. Quod nobis concedat̄ filius dei d̄.

¶ Petrus sermo. xiiij.

Petrus qui t̄z̄ servabatur in carcere.

Oratio aut̄ fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum p̄ eo. 2. ct. xij.

Sicut reges terreni habent suos carceres ad puniendum malefactores p̄

servanda iustitia. Sic etiam rex celestis: q̄ est iudex iustus z̄ rectus iudicatus eius ut habet̄ in ps. h̄z̄ suos

carceres in quibus ponit peccatores. Et ideo d̄ carcere purgatorij sp̄ualiter

loquendo pot̄ intelligi verbum propositum. In quo quidem verbo

possunt tria notari. Primum est huius p̄sone nōialis pp̄rietatis: cuz

premittit̄ Petrus. Secūm est penalis acerbitas: cuz additur: serva. in

carcere. Tertium est fraternalis charitas: cum subiungitur. Oratio aut̄

tem fiebat ab ecclesia sine intermissione. ad. de. pro. eo.

¶ Primo dico q̄ in verbo proposito notat̄ nōialis pp̄rietas cum dicit̄

Petrus. Ubi est sciendum q̄ bene venit huic an eo q̄ Petrus vocat̄.

Ubi est sciendum q̄ Petrus.

¶ Primo interpretat̄ agnoscens: qz̄ ipse cognovit divinitatem in christo.

¶ Secūdo interpretat̄ cōfiteus: quis ipsam fuit confessus libere dicens.

Tu es christus filius dei vivi.

¶ Tertio interpretat̄ dissolvens: qz̄ ipse habuit potestatem solvendi.

Mat. xvi. Quocūq̄. n. solueris sup̄ terram. Erit solutum z̄ in celis. Has enim pp̄rietas habuit iste dominus.

¶ Nam primo sua peccata cognovit. Initium. n. salutis est cognitio peccati. Un̄ ps. l. Iniquitatem meam ego cognosco.

¶ Secūdo peccata dolendo sunt plene p̄fessus. iuxta illud ps. Dixi p̄nitentor̄ aduersum me: nō ad

uersus proximum me excusando iniustitiam non iusticiam meam: non alienam. d̄no. i. sacerdoti: qui t̄z̄ locus dei

in hac parte. Tertio fuit v̄l erit oib̄.

paulus Sermo. xiiii.

duens in purgatorio per satisfactio-
nem dignam: iuxta illud. Isa. liij.
Solue vincula colli tui captiua filia
syon: quod fit per penas peccatis debitas.
ideo dicitur Eccl. ix. Quicumque poterit ma-
nus tua operare instanter: quia nec opus
nec ratio est apud inferos quo tu propicias.
Secundo dico quod in verbo proposito
notatur penalis acerbitas cum additur
servabatur in carcere. Ubi est sciendum
quod rex noster tres habet carceres. scilicet. In-
fernum purgatorium et limbum. Pri-
mus carcer est infernus: et est car-
cer reproborum: ubi nulla est redemptio
quia voluntas mala non habuit finem.
Unde Job. x. In persona damnato-
rum. dicitur. Uadam ad terram miserie.
Ecce pena sensus: tactus: et tenebra-
rum: ubi umbra mortis. Ecce pena vi-
sus. Et nullus ordo. Ecce pena intel-
lectus: sed sempiternus orrore inha-
bitat. ecce pena eterni metus. Secundus
carcer est purgatorium. Ubi sunt
anime penitentium que in hoc mundo non
compleverunt penitentiam. De qua
Paulus. Cor. iij. Hic saluus erit si tra-
sierit quasi per ignem. quoniam cum igne
inferni: et idem est secundum Gregorium. Sed dif-
ferunt quantum ad durationem. Hi au-
tem que ibi sunt differunt ab his qui
sunt in inferno: quia hi habent bonam
voluntatem et patientiam: alioquin perituri.
Tertius carcer est limbus puerorum
que non habent penam sensus: et habent
solationem maximam intellectus:
quia habent infusam scientiam: in qua
mundana felicitas consistit secundum philosophum
iij. Ethic. Cum enim desiderium nature
non sit frustratum vel frustra: ex fo-
de ala: et omnes homines natura scire desi-
derent: statim remoto corpore quod
impedit: quia non accipit scientia nisi
mediantibus sensibus: que nihil impe-
diunt et decipiunt saltem per accidens

deus insinuat scientiam anime.
De hoc potest exponi illud Isa. xliij.
Vinctis eius non apperuit carcerem.
Tertio dico quod in verbo proposito no-
tatur charitas fraternalis cum subiun-
gitur. Oratio autem fiebat sine intermis-
sione ab ecclesia ad deum pro eo. Ubi est
sciendum quod sicut in carcerem liberantur
tripliciter. scilicet. precibus et cambio.
sic illi qui sunt in purgatorio.
Primo precibus amicorum. Un-
de. ij. Machabeo. xij. Sancta et sa-
lubris est cogitatio pro defunctis. ut
peccata solvantur.

Secundo elemosynarum precibus.
Unde Tobias. Elemosyna a morte
et a peccato animam liberat: et
ipsa est que facit invenire vitam
eternam. Tertio commutatione
eucharistie cum datur et offertur
pro defunctis. Joan. vi. Panis
quem ego dabo caro mea est pro
mundi vita. Rogemus ergo.

Paulus Sermo. xiiij.

Paulus peragra-
gratis superioribus par-
tibus venit Ephesum
Act. xix. Intellegendo per partes
superiores vitam presentem et hunc
mundum: qui superior est respectu
purgatorij: possumus dicere quod hic
Paulus peragratis superioribus
partibus mundi huius: id est suo
completo viagio venit Ephesum:
id est ad finem. Ephesus enim finis
eorum interpretatur. Unde in ver-
bo proposito duo notantur.

Primum est peregrinatio peri-
culosa: cum premititur: per. per. scilicet.
partibus.

Secundum est terminatio erum.

Paulus

nosa: cum addit: venit Ephesum.
¶ Primo nota q̄ istius nobilis vi-
ri finis fuit.

¶ Primo exemplaris.

¶ Secundo fuit laudabilis.

¶ Tertio fuit utilis.

¶ Primo dico q̄ fuit exemplaris:
q̄ bene finiuit dies suos: et dedit no-
bis exēplū. similiter faciendi. iuxta
illud. Jo. xiiij. Exemplum. n. dedi
vobis vt quemadmodū ego feci: ita
et vos faciatis. Nam ipse penitenti-
as accepit et alia sacra deuote. Ser-
uauit. n. psiluz Ecclesiastes yltimo
finem loquendi pariter audiamus.
Deum time et mandata eius obser-
ua. hec ē ois homo. i. ad omnes ho-
mines. Secdo dico q̄ finis hui⁹ dñi
fuit laudabilis. Omnis. n. laus in
fine canitur. sicut in fine horarum
dñi benedicamus domino. Si nau-
igantes p̄ totum nauigium p̄spere
nauigassent et prudenter et in fine
deficerent nō essent laudandi. Un-
de Ambro. Lauda nauigantis feli-
citate. s. cum puenerit ad portus.
Et ideo dicit Apostolus. i. Cor. ix.
Sic currite vt comprehendatis.

¶ Tertio dico q̄ finis huius domi-
ni fuit utilis: q̄ ad beatitudinē ter-
minat⁹ est. fm q̄ credere possum⁹.
Nam de paruis ad magna: de terre-
nis ad celestia venit: et de tempora-
libus ad eterna: et his nulla est com-
paratio. Si. n. vt ait Grego. Que et
q̄ta sunt que nobis p̄mittunt in ce-
lis: vilescunt aīo oīa que habent in
terris. Ideo de fine istoz dñi. i. Cor.
ij. Quoz finis fm opa eoz. Opa. n.
illoz sequunt illos. Apoc. xiiij. Vi-
deamus finem maloz. Nam ille
finis est. Primo vitupabilis: q̄ nec
primam accipiunt: nec audire vo-
lunt hanc suadentes: nec alia sacra

petunt nec volunt: non legant p̄ ani-
ma: non restitunt aliena et hoc q̄
malam vitā egerunt. Bugu. Nō est
putanda mala mors: quā bona vita
precessit: et idem. Ad ori times: ma-
le viuere non times: non pōt male
mori q̄ bene vixerit. et idem. Hac
animaduersione p̄cutit peccator vt
moriens obliuiscat sui: q̄ dum viue-
ret oblitus est dei. Et ideo dicit apo-
stolus. i. Cor. ij. Quoz finis interi-
tus. Secdo est talium mors misera-
bilis: q̄ de miseria tpali transeunt
ad eternam. Unde Isa. lxvi. Uer-
mis eoz non moriet. et ignis eorum
non extinguet. Ad odo querit quo-
modo dicta sint vera cum multi vi-
deant sanctam h̄re vitam q̄ in fine
deficiūt. Rñdeo q̄ magna est diffe-
rentia inter videri et esse. Et ideo di-
cebat saluator Math. vij. Attendi-
te a falsis prophetis qui veniūt ad
vos in vestimentis ouium: in trun-
cus aut sunt lupi rapaces. et Mat.
vj. Nolite fieri sicut hipocrite tri-
stes: exterminant enim facies suas
vt videantur hominibus ieiunan-
tes. Amen dico vobis quia recepe-
runt mercedem suam. Qui ergo
bonam vitam habent non sunt cre-
dendi damnati.

¶ Secundo dico q̄ iste dominus
commendabitur a retributionis fe-
licitate cum dicitur venit Effessus.
Ubi est sciendum q̄ licet nescia-
mus certitudinaliter vtrum iam sit
in paradiso: credendum est q̄ aut
ibi est: aut cito erit cuz fecerit quod
precipit sancta mater ecclesia. Et
dubia semper sunt interpretanda
in meliorem partem: et de quolibet
est bonum presumendum nisi ap-
paret contrarium. Possumus et
go dicere q̄ iste est cum deo.

Philippus Sermo xv

Primo ad quiescendum.

Secundo ad congaudendum.

Tertio ad possidendum.

Primo est cū deo ad quiescendum. Juxta illud. Luc. xj. Pueri mei mecū sunt in cubili. Sicut enī post labores homines in stratu gescunt: sic post vitam presentem laborantes in penitentia requiescunt in patria. Apoc. xiiij. E modo' enī iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis.

Secundo est cum deo ad congaudendum. secundum Boetium. Nul lius boni sine socio est iocunda possessio. et deus vult secum habere familiam cui sua bona communicet.

Unde ad hoc ipse inuitat amicos suos dicens Mathe. xi. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos: Deus facit secundum quod debent facere boni amici. secundus Aristot. i. Ethic.

Amicus debet permittere vocare amicum ad consolationem. Ad in

fortunū autem pigritatē esse oportet. Tertio est cum deo ad possidē

dum. Sumus enī heredes dei: co heredes autē christi. Sumus enim filij dei: et si filij et heredes. ad Ro

ma. xij. Et ideo quilibet eorum potest dicere illud Prover. viij. Me

cum sunt diuitie et gloria. Supple beredibus tribuenda. Unde ps.

Gloria et diuitie in domo eius. et iustitia eius manet in seculis seculi.

Iustum est autem qd bene operantes remaneret. Dignus est enī ope

rarius mercede sua. Mathe. xij. Et nunquid est bene factus qui sper

nit illam hereditatem pro ista? Si vt inquit Grego. considerem' que

et quanta sunt que nobis promittū tur in celis: vilescūt animo omnia

que habentur in terris. Rogemus ergo dominum nostrum etc.

Philippus sermo. xv.

Dixit dominus

Philippo: accedes ad iunge te ad currus istū

Act. 4. Ista verba proprie cōueniunt isti domino: et ratione nominis

et ratione vocationis. Ubi duo notantur. Primum est imperium di

uine maiestatis. cum premititur. Dixit spiritus sanctus philippo.

Secundum est contubernium superne ciuitatis. cum additur. Ad

iunge te ad currum istum.

Primo quantum ad primū est sciendum qd philippus interpreta

tur os tube: et ideo bene cōueniunt hic domino qui tube potest compa

rari propter tres condiciones quas habuit: et ad quas ordiata ē tuba.

Primo ad transfretandus tentoria.

Secundo ad animandū ad plia.

Tertio ad celebrandus solēnia.

Primo dico qd tuba vel officius tube fuit ordinata ad trāsfretandū

tentoria. Unde Nūe. iij. dicit. Fac tibi duas tubas argenteas: quibus

possis quocare multitudinē: quando mouēda sunt castra. Tentoria no

stra sunt corpora quibus tegimur. et in quibus habitat aīa nostra. Ista

mouēda sunt in morte. et in sepultura generaliter transfretanda ps.

Sepulchra eorum: domus illo: um in eternū. Nō habemus hic ciuitatem

permanentem: sed futurā inquirimus hereditatē. Ad debitas ergo translationē per debitas dispositio

nē nos vocat iste defunctus. Unde potest nobis dicere illud Ecclia. xxxvij. Memento iudicij mei sic

erit tibi: mihi heri: tibi hodie. Si sponde ergo domui tue: quia morieris tu et non viues. ij. Reg.

Secundo vocat ad animanduz ad prelia. ps. Succumate in neemema tube in in signi diei solennitatis vestre. i. in festo renouationis lune. Ad hoc festum vocat nos iste defunctus per sua exempla: per suas elemosynas. Unde de hoc potest exponi illud Prover. Non est vir in domo sua: quia abiit via longissima: in vita eterna: sacculu pecunie seculi. i. elemosynas et alia bona opera: in die lune hinc reuersurus. i. in die iudicij. quando scilicet erit lux lune vt lux solis.

Tertio vocat ad celebrandū solennia. idest ad deum laudanduz. ps. Laudate euz in sono tube. Ad hoc inuitauit nos iste dominus in morte per dispositionem debitam corpus Iesu christi recipiendo. Joā. vi. Qui manducat meā carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Ad quā christus nos perducatur. qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Joannes sermo. xvj.

Joannes cum impleret cursum suum: discedēs ab eis reuersus est hierosolimam. Act. xxij. Dominus noster comparat vitam istam cuidam viasio. Unde ait. Joan. xvj. Exiui a patre et veni in mundū iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Ita possumus dicere de isto domino qui vocatur Joannes q̄ discedens a parētibz et amicis reuersus est hierosolimam ad patrem. idest ad vitam eternam. Et hoc est quod dicitur in verbo p

posito: in quo quidem verbo tria notantur.

¶ Primum est dignitas proprie nominationis euz premititur Joannes.

¶ Secundū est finis mundane peregrinationis cum addit. cū impleteret cursum suum.

¶ Tertium est felicitas diuine visionis cum subiungitur reuersus ē hierosolimam.

¶ Primo quantum ad primum quod notatur cum dicitur Joannes. Est sciendum q̄ Joannes interpretatur in quo est gratia. Et bene conuenit isti domino: qui fuit.

¶ Primo graciosus in se ratione moralis compositionis et perfectionis. Secundo fuit graciosus proximo ratione bone conuersationis.

¶ Tertio fuit graciosus deo, ratione humilis subiectionis.

¶ Primo dico q̄ fuit graciosus in se ratione moralis compositionis et perfectionis. Fuit enim vir prudens: temperat: curialis: totus affabilis et benignus. Unde quamuis secundū Aposto. ij. Corin. xij. Sint gratiarum diuisiones: quia est vnus deus diuidens singulis pro vt vult.

¶ Iste habuit bonam partem: quia multis gratis fuit dotatus. Unde bene ei conuenit illud Prover. ij.

¶ Babit capiti tuo augmēta gratiarum. Secundo fuit graciosus proximo ratione bone conuersationis: cū ipso viuens pacifice et benigne.

¶ Ideo bene seruauit illud Apli. i. Cor. i. Gratia vobis et pax. stat enim vnus cū alio. homo enim pacificus est obis graciosus. ps. Justicia et pax osculate sunt. Qui n. est iustus per cōsequēs est graciosus: qz sibi reddidit innocentia. primo beniuolētis

¶ Et hoc est quod dicitur in verbo p

Sermo xvi

et superioribus reuerentiam.

Tertio fuit gratus deo per humilem subiectionem eius precepta seruando. Unde potest de ipso exponi illud Luc. 1. Gratia dei erat cum illo.

Secundo notatur in verbo proposito finis mundane peregrinationis cum additur. Cum implerent cursum suum. Ubi est sciendum secundum Augustinum quod vita nostra est quidam cursus. Unde iste bonus homo: impleuit cursum suum tripliciter.

Primo velociter.

Secundo prudenter.

Tertio laudabiliter.

Primo dico quod iste dominus impleuit cursum suum velociter. Tunc quia satis iuuenis decessit: Tunc quia qui libet velociter currit ad mortem. Unde Job. 9. Dies mei velociores fuerunt cursore. Cursor enim quandoque quiescit et dormit: sed cursor ad mortem nunquam quiescit. Et ideo sine intermissione debemus benefacere. iuxta illud Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum. Ad omnes marinari dum tempus proficuum et prosperum habent: nunquam tempus expectant. Secundo dico quod iste dominus impleuit cursum suum prudenter: quia sicut prudens cursor tria facit. scilicet. Primo se ipsum exonerat. Secundo luta declinat. Tertio offendicula vitat. sic fecit iste bonus homo. Nam primo onera diuitiarum deposuit. iuxta illud. Heb. 12. Deponentes omne pondus curramus ad propositum nobis certamen. Mercator quando scit pecuniam cito capturam quam citius potest ipsam expendit. Secundo prudens cursor luta declinat. Sic fecit iste bonus homo. Nam lutas vitauit. id est. delicias que coinquinant. Iuxta

illud. i. Cor. 10. Ego sic curro: non quasi in incertum: sed castigo corpus meum et in seruitutem redigo. Tertio prudens cursor offendicula vitat. sic fecit iste bonus homo. Vitauit offendicula superbie et duricie cordis. Unde. 2. Corin. 2. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinat. Tertio dico quod iste dominus impleuit cursum suum laudabiliter. quia perseuerauit usque in finem. Nihil enim prodest laboranti nisi perseueret et ad hoc possunt adduci tria exempla.

Primum est nauigantium. Si quis enim optime nauigasset per totum suum nauigium: et quando esset iuxta portum deficeret non esset laudandus. Unde Ambrosius. Lauda nauigantis felicitatem. scilicet. cum peruenerit ad portum. aliter enim totum perdit laborem sine utilitate. Secundum exemplum est pugnantium. si quis enim optime pugnaret in principio et in medio: sed in fine succumberet laudem de prelio non haberet. Unde. i. Cor. ix. dicitur quod corona victoribus datur non agonizantibus. Tertium exemplum ponitur de currentibus ad brauium: quia non optime currens in principio: sed perseuerans usque in finem accipit brauium. iuxta illud. i. Cor. ix. Omnes quidem currunt: sed unus accipit brauium. sic currite ut comprehendatis. Iste igitur dominus non solum bene cucurrit in principio et in medio: sed perseuerauit usque in finem. Nam in fine vite sue bene ostendit quod optimum brauium et coronam accipiet. Signa. n. magne deuotionis ostendit: que arguunt ipsum esse de numero saluandorum. Unde bene potest de ipso dici illud. Math. 10. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Rogemus ergo dominum nostrum iesum.

andreas Sermo xvii.

Andreas sermo. xvij.

OMNIS ex duobus qui secuti sunt dominum: erat Andreas frater Simonis petri. Jo. i. Secundum quod scribitur Eccli. 23. Magna gloria est sequi dominum suum: etiam quod ad imitationem beati Andree hic dominus Andreas secutus est christum. Dignus est magna gloria. Et ideo tamen ratione sequere quod nominis bene sibi conuenit verbum propositum. in quo tria notantur. Primum est distinctio singularis. cum premitur. unum ex duobus. Secundum est imitatio exemplorum: cum addit. Qui secuti sunt dominum. Tertium est discretio nominalis vel designatio personalis cum subiungitur: erat Andreas.

Primo quantum ad primum sciendum est quod beatus Andreas et iste dominus secuti sunt dominum.

Primo sicut seruus dominum per viam obedientie et humilitatis.

Secundo sicut filius patrem per viam similitudinis et conformitatis.

Tertio sicut discipulis magistrum per viam obedientie.

Quarto sicut agnus pastorem per viam innocentie et puritatis.

Primo dico quod beatus Andreas et iste dominus secutus est christum sicut seruus dominum per viam obedientie et humilitatis. ubi est sciendum quod quadruplex est seruitus.

Prima seruitus est naturalis. Secunda seruitus est regalis. Tertia seruitus est mercedis. Quarta seruitus est charitatis. Prima seruitus est naturalis. Sicut enim naturaliter necessarium est equis quod per homines dirrigantur: quia natura non deficit in necessariis. ita carentibus

prudencia necessarium est quod per prudentes regantur: sicut sunt barbari: et homines siluestres. Secunda seruitus est legalis quam leges statuunt: et hoc eorum qui capiuntur in bello qui dicuntur serui a seruando: leges enim hoc statuerunt ut homines animentur ad defensionem patrie sue potius quam seruos fieri.

Tertia seruitus est eorum qui principaliter mercedem expectant pro suo seruitio. De hoc. Jo. 4. Mercenarius autem videt lupum venientem et fugit: quia mercenarius est.

cū p̄mittit. Quis ē hō. Hō. n. d̄r ab
humo qd ē terra ⁊ q̄ facit ē Gen. 2.
Formauit ergo d̄ns de hoiez de li-
mo terre. Sec̄d⁹ ē necessitas finalis
p̄clusiōis qd notat cū addit. Qui ui-
uet ⁊ nō videbit mortē. D̄s. n. mo-
rimur a q̄si aq̄ dilabimur sup terrā
q̄ nō reuertūt. 2. Re. 14. Circa mor-
tē ergo sciēdū ē q̄ q̄ leuitabilis est.
Prō ē mēorāda cū attētōe sollicita

Generalis.

Secundo est expectanda cum preparatione debita. Tertio est tollenda cum firma constantia.

Primo dico quod quia mors est inevitabilis est memoranda cum attentione sollicita. Nam secundum beatum Hieronymum: Facile contemnit omnia qui semper se cogitat moriturum. unde propterea est mortis memoria habenda.

Primo quod excludit dulcedinem mundane delectationis.

Secundo quod inducit formidinem eterne damnationis.

Tertio quia inducit multitudinem fraterne compassionis.

Primo mortis memoria est habenda: quod excludit dulcedinem mundane delectationis. sicut enim amaritudo fellis vberibus supposita facit infantem refugere lactis dulcedinem. sic mortis memoria consolationem et dulcedinem delectationis mundane. Est enim valde amara. Unde Ecclesiastici. 41. O mors quod amara est memoria tua. Et ideo merito facit dulcedinem delectationis effugere. Nam secundum Gregorium. Non moritur dulcedo: nisi cum amaritudine. Non moritur frigus nisi in calore. Non est mortua mors nisi in vita. Et ideo nihil adeo tantum valet ad demandum carnis vitia: quantum cogitare qualis sit mors tua. Et de hoc habemus exemplum in tribus nobilibus qui cum venarentur inuenerunt sepulchrum spurcissimum plenum. Quod confidentes mundi delicias reliquerunt. Secundo dico quod memoria mortis inducit formidinem eterne damnationis. unde Ecclesiastici. 7. Melius est ire ad domum luctus: quam ad domum quiuij. In illa enim cunctorum admonetur interitus et cogitat inueniens quid futurum sit. quod propter peccata post mortem datus

est homo. Ideo dicit Augustinus. Mortem timetis? Si timetis quare a peccato non auertitis. mori male timetis. male vivere non timetis. Noli timere. non potest male mori qui bene vixit. Discas bene mori. si didiceris bene vivere. Tertio dico quod memoria mortis inducit multitudinem fraterne compassionis. et de hoc legitur. 2. Machab. 12. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluantur. et hec quod considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam gratiam pro viventium supplicia suffragia. Et ideo ipsi hoc petunt instanter secundum illud Iob. ix. Misereamini mei. misereamini mei. s. u. a. m. quod manus domini te. me. Secundo dico quod mors est expectanda cum preparatione debita. et ad hoc inducit nos saluator. Mat. 14. dicens. Ideoque et vos estote parati: quod nescitis qua hora dominus noster venturus sit: per mortis iudicium. Debemus autem esse parati tripliciter.

Primo sicut seruator ad obediendum. Secundo sicut bellator ad pugnandum. Tertio sicut viator ad ambulandum. Primo dico quod nos debemus esse parati ad mortem sicut seruator ad obediendum. iuxta illud psalmi. Paratus sum et non super turbatus ut custodiam mandata tua. Qui enim vult ad vitam ingredi seruet mandata. Mat. xix. Secundo dico quod nos debemus esse parati ad mortem sicut bellator ad pugnandum. i. Pe. 5. Aduersarius vester diabolus: tanquam leo rugiens circumcui querens quem deuoret: ideo ad resistendum debemus esse parati. Iuxta illud quod sequitur. Cui resistite fortes in fide. maxime in fine ubi insidiat nostro calcaneo. Gen. 3. Un

Sermo. xxix.

de. i. Cor. 24. Si incertam vocem det deus. s. subito vocado. quis pre parabit se ad bellū. q. d. stultus est ultimā horā expectare. Tertio debem⁹ esse parati sicut viator ad ambulandū. Viaticū corporis christi sumēdo deuote. iuxta illud Tobie. v. Paratis omnib⁹ que necessarie erāt in via. fecit Thobias: vale patri suo. Sic debemus nos in morte facere parentibus.

Tertio dico q^o mors est sustinēda cū firma constantia. Q^o enim vitam non pōt debem⁹ s^m Senecaz patienter ferre: nec timere. s^m enim Ambro. propter tria timet miles amittere: equus. Primo timet ne emendā habebat. Secūdo q^o equo p^o dito capi posset. Tertio q^o equ⁹ est nobilis bonitatis et magni valoris p^opter ista tria non debem⁹ timere corpus amittere. Securi enim esse possumus de emēda a d^ono. Unde Ambro. Mori non timeo: quia bonum d^oni habeo. Nec p^opter timorem captiōnis: quia per mortem sumus extra periculū. iuxta illud. ps. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū: laque⁹ cōtritus est et nos liberati sum⁹. Nec p^opter bonitatē: q^o reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratiū corpori claritatis sue. Rogemus ergo dominū nostrū. zc.

Generalis sermo. xxix.

Reuertatur puluis in terrā suā et spūs redeat ad deū q^o dedit illū. Eccl^s. 12. i. naturale est q^o omnia ad suum principiū reuertant^r. Unde de fluminib⁹ dicit Eccl^s. 1. Ad locum vnde exeūt flumina reuertunt^r: ut iterū fluāt. et Gen. 11. dicit homini

primo patri. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terrā de qua sumptus es: q^o puluis es et in puluere reuerteris. Sciendum est igit^r q^o homo habet duo principiā. s. corp⁹ et aīaz. principiū corporis ē terra. Anime vero. de⁹. Et ideo oportet eam reuerti ad sua principiā. Et hoc est quod eis dicitur in verbo p^oposito. In quo quidē verbo duo notant^r.

Primū est resolutio ad principiū subiectiuū: cū premitit^r. Reuertat^r puluis in terrā suā. Secūm ē regressio ad principiū p^oductiuū: cū addit^r. Et spūs redeat ad deū q^o dedit illū. Et primo quantū ad principium subiectiuū. q^o notat^r cum dicit^r. Reuertat^r puluis in terram suam: est sciendū q^o pulueris conditio vel reuersio: p^o quam nostra resolutio per mortē designat^r: tres habet malas proprietates.

Primo puluis de terra oritur. Secūdo puluis faciliter spargit^r. Tertio puluis pedib⁹ conculcat^r et subijcitur. Sic ē de nostro corpore miserabili.

Primo namq^o de terra est: et de terra nascit^r. Unde Job. x. Ipse loquens ad deum sic ait. Adimento queso q^o sicut lutū feceris me: et in puluere reduces me. Lutū autē de puluere fit. Re. 7. ca. Inauta ē caro mea putredine. et sordib⁹ pulueris cutis mea. q. d. de sordib⁹ pulueris fact⁹ sū. Et ideo nō debet homo superbire: sed se humiliare. p^opterea d^r. Eccl^s. x. c. Quid supbis terra et cinis? q. d. non habes materiam superbiendi. propter duo videm⁹ q^o homines humiliat^r se. Primo propter sui infimā p^oditionem. Unde Michae. 5. Humiliatio tua

Generalis

in medio tui.

Secundo propter aliorum comparationes. Unde Greg. primo lib. Dialogorum dicit. Si quis putat se aliquid esse dux de alijs meliora audierit humiliatur. Exemplum habemus in moralibus. Videmus enim quod homines infime conditionis semper sedent inferius. Si qui putent se et aliud esse maioribus superuenientibus eis cedunt. Duas predictas causas humilitatis habent in se homines huius mundi. Primo habent in se vilitatem conditionis quia de terra sunt: ideo superbiere non debent. Unde Eccli. x. Quid superbis terra et cinis. q. d. causam superbie non habes. sed humilitatis magne. Secundo habent in se inequalitatem comparationis: quia omnia sunt eis nobiliora. Unde Ber. Si purpureo habitu te iactas Paulo honestius nobilitat. Si ceterum philomena dulcius cantat. Si pulchritudine rosa pulchrior. Si fortitudine thaurus fortior. Si animositate leo animosior vel audacior. Si sapientia formica sapientior. Si generositate demon generosior. Non solum homo de terra est: sed in puluerem reuertitur. unde de eo dicit dominus per prophetam Arruit tanquam testa virtus mea. et lingua mea adhesit faucibus meis. et in puluere mortis deduxisti me. ubi nota quod res transit cum onere suo. secundum iura. homo autem de puluere est: per mortem autem transit in puluere. Et ideo sicut homo vivus est vilis: sic etiam mortuus: et multo amplius. Unde Innocentius de vilitate conditionis humane nature. Quid fetidius humano cadauere. Quid horribilius homine mortuo? Cuius gratissimus erat aspectus in vita: mo-

lestus erit aspectus in morte.

Secundo dicebatur quod puluis facilliter spargitur. Sic et homo facilliter moritur. Unde modico vento. modico ferro. modico veneno conteritur. Ideo dicitur Job. Ecce nunc in puluere dormio: et si mane me quesieris non subsistam. Ubi est sciendum quod commotio pulueris quandoque reddit odorem ut aromata trita quandoque reddit fetorem ut stercoreum puluis. sic est de resolutione per mortem. Quidam enim relinquunt post se odorem bonarum virtutum et exemplorum sanctorum sicut fecit Job et Theobias. De quibus Job. 2. Job. Hanc autem temptationem permittit ei deus ut posteris daretur exemplum patientie eius sicut et sancto Job in quo odorem sancte anime conuenit. Alij pulueres relinquunt fetorem peccatorum et pessime fame. De quibus in figura dicitur Job. vij. Induta est caro mea putredie: et sordibus cutis mea. Ista pulueris resolutio per mortem bene figurata fuit Daniel. vij. In statua Nabuchodonosor que licet haberet caput aureum per fulgentem sapientiam vel per dominium et epulentiam. pectus et brachia argentea per sonoram eloquentiam. ventrem ereum per sanitatis permanentiam. Tibias et partem pedum ferreas per fortitudinis excellentiam. tamen pars vltima fuit fictilis per instabilitatis: et fragilitatis deficientiam. unde et lapis diuine iusticie comminuit et redigit in puluerem: quia fundata fuit in fragilitate lutea.

Tertio dicebatur quod puluis pedibus subicitur. Unde. Mat. xxiii. Excutite puluerem de pedibus vestris. Pes qui est vltima pars hominis

Sermo .xxix.

figurat mortem que est finis vite. Unde dicitur Gen. 2. Diabolo in sidiabitur calcaneo eius. Huic subi-
cit puluis nostre fragilitatis. Un-
de Augustinus in sermone. Eludi quia no-
lenti dominata est mors. Nas insi-
dias in resolutione sui pulueris me-
tuens hic dominus vel domina cō-
tra se munivit sacramentis eccle-
sie: maxime viatico corporis christi
quod est robur in via qua ad patri-
am tenditur: vt illuc puenire se-
cure.

¶ Secundo principaliter in verbo
proposito notatur regressio ad prin-
cipium effectiuum. cum dicitur.
Et spiritus redeat ad deum qui de-
dit illum. Sed quis autem qualis
spiritus redibit. Respondeo q̄ re-
dibit ad deum.

Primo spiritus qui compungitur
non spiritus obstinatus. Secundo
spiritus qui dirigitur: non spiritus
obliquatus. Tertio spiritus qui
compatitur: non spiritus obdu-
ratus.

Primo dico q̄ ad deum reuertitur
spiritus qui conteritur: non spiri-
tus obstinatus. Unde ps. Sacrifi-
cium deo spiritus cōtribulatus cor
contritum etc. Qualiter autem de-
beat fieri hoc sacrificium. Scien-
dum est q̄ in veteri testamento sa-
crificium fiebat de animalibus. Et
sic fiebat.

Nam primo pecora occideban-
tur.

Secundo excoxiabantur.

Tertio incidebantur.

Quarto in piscina lauabantur.

Quinto sacerdoti offerebantur.

Sexto cremabantur. Sic spiritua-
liter debet fieri sacrificium spiritus
contriti in penitentia. Nam primo

debet voluntas spiritus nostri mō-
do interfici. Juxta illud. Coll. 3.
Mortificate membra vestra que
sunt super terram. Secundo debet
excoxiari. conuersionem veteres
ammouendo. Juxta illud Coll. iij.
Expoliantes vos veterem hominē
induete nouum: qui secundum de-
um creatus est. Et Isa. 55. Dere-
linquat impius viam suam: et vir
iniquus cogitationes suas.

Tertio debent peccata in frustra
diuidi per subtilem examinationē:
et distincte. Juxta illud Isa. 4. Re-
cogitabo tibi omnes an. m. i. amar.
anime mee. Quarto debent lauari
per lachrymarum effusionem. Jux-
ta illud. Isa. 1. Lauamini mundi
estote. auferite malum cogitationū.
vest. ab oculis meis. Quinto debet
sacerdoti offerri per veram confes-
sionem. Juxta illud psal. Dixi con-
fitebor aduersum me iniustitiam
meam domino dixi confitebor. i.
proposui: quia sufficit bona volun-
tas vbi non est oportunitas confi-
tendi sequitur aduersum me non
aduersus proximum me excusan-
do: sicut fecit Adam dicens. Gen.
iij. Mulier quam dedisti mihi so-
ciam dedit mihi de ligno et co-
medi. sequitur iniustitiam me-
am: non meas iustitias sicut fecit
phariseus qui dicebat. Domine
non sum sicut ceteri hominum.

Sexto et vltimo debent per sacer-
dotem incendi per integram ab-
solutionem. Tunc enim omnia
peccata delentur. Juxta illud.
Matth. xvi. Quaecunq̄ solueris
super terram: erunt soluta: et in ce-
lis: et quaecunq̄ ligaueris super
terram erunt ligata et in celis. Ta-
le sacrificium est deo spiritus cōtri-

Generalis.

bulatus: non spiritus obstinatus
Unde Ro. 2. Scdm duritiā tuam
& impenitens cor tuū thesaurizas
tibi iram. i. effectū ire per penas in
die ire. i. iudicij. De quo cantat ec-
clia. Dies illa dies ire: calamitatis
& miserie dies magna & amara val-
de. Talis nō fuit spūs huius domi-
ni vel dñe. Sed fuit spūs contribu-
latus & compūctus. Secdo dico qd
ad eū reuertit spūs qd dirigit nō spi-
ritus obliquitas: & de hoc spiritu
dicit ps. ipsum postulans dari sibi.
Spiritu rectū in noua in viscerib⁹
meis. Rectū est cuius mediū non
deuiat ab extremis. Extrema dile-
ctionis sunt deus & proximus. Me-
diū est ipsa dilectio. Tunc autē ē
recta dilectio s̄m Greg. cū amicos
diligim⁹ in deum & inimicos diligi-
mus propter deū. De talib⁹ dicit
Lant. 1. Recti diligūt te. Spūs tali-
um reuertit recta via ad deū. Jux-
ta illud psal. Spūs tuus bon⁹ dedu-
cet me in terram rectam: & non spi-
rit⁹ obliquat⁹ per odiū & inuidiaz.
qualis fuit spiritus Saulis qui nō
rectis oculis propter inuidiam da-
uid aspiciebat vt dicitur. i. Reg.
xviij. Talis non fuit op⁹ huius do-
mini vel domine sicut nostis.
Tertio dico qd ad deum reuertitur
spirit⁹ qui compatitur non spirit⁹
obduratus. Beati enim misericor-
des qm ipsi misericordiam conse-
quentur. Mt̄ arb. vij. Scdm Greg.
Misericordia comes est defuncto-
rū & post dicit qd non vidit miseri-
cordem mala morte perisse vel pe-
rire. De tali spiritu dicitur in per-
sona viri pij Eccl. 24. Spirit⁹ me⁹
super mel dulcis: & vere super mel
& plusq̄ mel: qz dulcedo mellis ha-
bet determinatos effectus. Dulce

do vero compassionis habet deter-
minatos. Unde ad Tbi. 1. Pietas
ad omnia valet. Talis spiritus ad
deum reuertitur non spiritus ob-
duratus. Cor enim durus male ha-
bebit in nouissimo. Eccl. xij. Ta-
lis non fuit spirit⁹ huius domini
vel domine: sed plenus omni pieta-
te & misericordia: adeo sibi dicitur.
Euge serue bone: qz in pauca fuisti
fidelis supra multa te constituam
in. in gau domini tui. Ad qd gau-
dium nos perducatur. Iesus xps dei
filius. Amen.

Generalis sermo. xxx.

Secundū mul-
titudinem dolorū meorū
in corde meo letificaue-
runt animā meā. ps. Quilibet dolo-
re cordis affectus de morte huius
carissimi fratris vestri. Si prudēs
est dicit cū ppheta. Scdm multi-
tudinē zc. Consolationē nobis in-
gerit mors eius ppter tria.
Primo qz fuit pacifica. Natu-
raliter enim obiit non gladio: non
veneno: non repentino morbo: nō
fulgore subito. Sed naturaliter de-
bitum vniuerse carnis exoluit. Ita
qz ipse potuit dicere illud psal. In
pace in idipsum dormias & requie-
scam. Sic enim primo homini &
per consequens toti posteritati ei⁹
dictum est. Puluis es & in pulue-
rem reuerteris. Gen iij.
Secundo quia eius mors fuit
domestica. In proprijs enim suis
obiit: non in aliena patria. lingua. s̄
presentib⁹ parētib⁹: fratrib⁹ sorori-
bus: notis & amicis: qui eo egrotāte
& moriente consolati sunt & i sepul-

Sermo .xxxi.

ch:um antiquorum suorum humanere. Talis mors omnibus naturaliter desideranda est. Legit enim de berzelay amico David: qui dixit ei cum David inuitaret cum ad delicias regias. 2. Reg. 19. Reuertar seruus tuus: et moriar in ciuitate mea et sepe liar iuxta sepulchrum patris mei et matris mee.

¶ Tertio quia eius mors fuit deuota. Spiritualibus enim armis munitus obiit sub armis inq̄ confessionis pure absolutionis ecclesie sacre. Communionis sacrosanctevnctionis extreme: quem cum solennibus exequiis profecuti sumus. et orationibus deuotis. Ista sunt arma fidelium per que diabolo resistitur et vincit. Ephesios sexto. Induite vos armaturam dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Hoc est quod legitur Exo. xiiij. Qui filij israel de Egipto exeuntes in terram promissionis periclitati armati ascenderunt. Roge.

¶ Generalis. sermo. xxxi.

Consolamini: consolamini popule meus dicit dominus deus vester. Isa. xl. Ista sunt verba domini consolantis eos qui contristantur de morte carorum suorum. Debemus autem consolari de morte carorum nostrorum propter quatuor rationes. ¶ Prima ratio est propter mortis communionem: quia omnes inuoluit sententia et iudicium mortis. Ecclesi. 4. Communiones mortis scito. Ecclesi. xl. Omnia que de terra sunt in terram conuertentur. et Ecclesi. xli. Noli metuere iudicium mortis. Memento que ante te fuerunt: et que post te superuentura sunt. Hoc

enim iudicium omni carni a domino datum est: quasi dicat. Adors nemini pericit: non est apud eam personarum acceptio.

¶ Secunda ratio est: quia mors est ab erumnis huius mundi liberatio. Carnis eductio. Debiti solutio. Laborum merces. Exilij finis vite terminus: hostis triumphus. Ecclesi. xxij. Adodicum plora super mortuam quoniam requieuit.

¶ Tertia ratio quare consolari debemus est quia non possumus eos flendo suscitare. Ecclesiasti. xxxviij. Ne dederis in tristitia cor tuum sed repelle eam a te et memento nouissimarum: et noli obliuisci: neque enim est conuersio: et huic nihil proderis et teipsum pessimabis.

¶ Quarta ratio est quia omnes sequemur eos et satis cito: et in hoc consolari debemus. Sicut aliquis sciens se in proximo cursurum ultra mare sine reuersione: non multum doleret immo gauderet si videret amicum suum illic procedere. Ecclesi. xxxviij. Ademor esto iudicij mei sic erit et tuum. mihi heri et tibi hodie. Unde secundo Reg. xij. Dixit david: propter infantes tuos adhuc viueret ieiunavi et fleui. dicebas enim quis scit. Si forte donet eus mihi dominus et viuat infans? Nunc autem quia mortuus est quare ieiunio? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ecce vadam magis ad eum: ille autem non reuertetur ad me. Et consolatus est david Bersabee uxorem suam: secundo Reg. xiiij. Omnes morimur et quasi aque dilabimur super terram que non reuertuntur. Amen.

¶ Generalis. Sermo. xxxi.

Generalis.

Paucitatez die-
ruz meoruz nuncia mi
hi. ps. 101. Propheta cō
tra insipientiaz illoz qui sibi mul
tos annos prefigunt. sic dicebat di
ues ille Luc. xvi. Anima mea ha
bes mltā bona posita in annos plu
rimos regesce: cōmede ⁊ bibe: sed
dixit illi deus. Stulte hac nocte ani
mam tuam repetent a te: que autez
congregasti cuius erunt? Paucita
tez quoq; dicit contra illos qui pro
ponunt de multis diebus: quorum
stultitiaz redarguit apostolus Ja
cobus dicens. Canonico. 4. Ecce
nunc qui dicunt hodie aut cras nō
ibimus in illā ciuitatez: ⁊ faciemus
ibi quidez annuz ⁊ mercabimur ⁊
luctum faciemus qui ignoratis qd
incrastinum erit. Et ideo congrue
dicitur per psalmistaz. Paucitatez
di. meo .n. mihi. Quattuor modis
nunciat nobis dominus paucita
tem dierum nostrorum. s. In scri
pturis. In picturis. In exemplis:
⁊ in quottidianis defectibus.

Primo in scripturis. Job.
Paucitas dieruz meoruz finietur
breui. Idem. xiiij. Breues dies ho
minis sunt. Idem. Homo natus de
muliere breui vin. tempo. Idem.
Dies mei finientur breui. ⁊ dauid.
Anni mei sicut aranea meditabun
tur: ⁊ dies annoruz meoruz in ipsis
septuaginta annis. Si autem in po
tentibus octuaginta annis: ⁊ am
plus eoruz labor ⁊ dolor. Adam
legitur vixisse annis noningentis:
triginta ⁊ septuaginta qui resta
bant vsq; ad millenarium relictis
vite nostre. Nota q; omnes ad hūc
terminum veniant: sed illi qui mul
tum viuunt vel ad septuaginta: vel

octuaginta annos possunt habere
vires ⁊ potentias: ⁊ amplius eoruz
labor ⁊ dolor.

Secundo in picturis. Quia in qui
busdā locis depingit mors hoc mo
do. s. vetula. Nigra alata. Ore paru
lo. vultu pallido. Aspectu toruo ⁊
vincuz in manibus tenens. Uetula
depingitur propter antiquitatem:
quia non est nouuz q; homines mo
riuntur: sed ab initio sic fuit. Nigra
propter aduersitatez quia inter om
nia damna que accidunt istud est
potissimum: sicut est quando aliqs
amittit amicum vel consanguineū.
Alata propter velocitatem qui a ci
ta ⁊ improuisa venit. Breuo. Nil
incertius hora mortis. Ore parulo
propter voracitatem: quia omnes
deuorat ⁊ non est homo qui viuunt ⁊
non videbit mortem. Vultu palli
do propter effecuz: q; q̄tuncunq;
os pulchruz sit. mors ipsum palli
dum efficit ⁊ deformem. Aspectu
toruo propter crudelitatez: quia ne
mini parcat. Unde Boeti⁹. Adors
spernit altam gloriam: inuoluit pa
riter ⁊ hūile casū caput. equat sum
mis infima. Vincum gerit in mani
bus propter rapacitatem: quia ani
maz educit de corpore. Unde Sic
cine separat amara mors.

Tertio in exemplis morientium.
Ecclesiasti. viij. Adeli⁹ est ire ad do
mum luctus q; ad domum conui
uij. In illa enim finis cūctorū ad
monetur hominuz: ⁊ in illa cogno
scit homo quid futurus sit. De hoc
hēs iob trigesimo septimo. Ingre
diatur bestia latibuluz suum: ⁊ in
antro suo morabitur. bestia que di
citur quasi vastia a vastando est ho
mo: quia bona naturalia vel gratui
ta vastauit: qui cum in bonore esset

Sermo. xx xiii.

non intellexit: comparatus est iu-
mentis insipientibus: et similis fa-
ctus est illis. ps. Hic debet ingredi
latibulum veteri materni ubi per. ix.
menses latitavit et animaduertere
qualis ibi fuit. Et in antro sepulchri
debet morari: ut videat qualis erit.
De memoria mortis Petrus man-
ducator fecit huius versus super se-
pulchrum suum.

Petrus eram quem petra tegit di-
ctusque comestor.

Nunc comedo: docui viuus non ces-
so docere.

Mortuus: ut dicat qui me videt
incineratum.

Quod sum? iste fuit: erimus quan-
doque quod hic est.

Quarto in quotidianis defectibus:
quia dolores et egritudines mem-
brum sunt quasi nuncius et pream-
buli mortis. Unde dicit. Dominus
in euangelio ad Mat. vlt. Luc. Esto
te similes expectantibus dominum
suum: ut cum venerit et pulsauerit co-
festum aperiant ei. Ubi dicit Gre-
go. Venit cum ad iudicium prope-
rat pulsat cum per egritudinis mo-
lestias esse mortem vicinam designat.
Qui confestim aperimus si hunc cum
amore suscipimus. Quod ipse no-
bis prestare dignetur. Amen.

Generalis. sermo. xxxij.

Quomodo esto iu-
dicij mei: sic erit et tuum
mibi heri et tibi hodie
Ecclesia. 38. Hec verba possunt esse
defuncti auxilium implorantis.
Que quidem verba.

Primo sunt motua ad compassio-
nem cum dicit. Admoneo esto iudi-
cij mei.

Secundo sunt contentiua per vtiliter in

structione: cum addit. Sic erit et tu-
um mibi heri: et tibi hodie. Ut au-
tem verba ista magis nos moueant
ad passionem consideranda sunt quattuor.
Primum est quantum quilibet
nostrum sit ei obligatus. Quilibet
autem nostrum est obligatus cuiuslibet eo-
rum qui sunt in purgatorio. Aut vin-
culo nature. hoc vinculo obligati su-
mus parentibus nostris. Ecclesi. 7.
Honora patrem tuum et genitum ma-
tris tue ne obliuiscaris: memento
quoniam nisi per illos non fuisses: et
retribue illis. quomodo et illi tibi.
Et ideo ecclesia orat pro parentibus
communiter. sicut patet generaliter.
Aut vinculo beneficentie. hoc vin-
culo sumus obligati nostris benefa-
ctoribus. Hebre. vlti. Beneficentie
autem et conuersionis nolite obliuisci: tali-
bus enim hostijs promeretur deus.
Nam obliuisci beneficiorum magna in-
gratitudo et rusticitas fore ab omnibus
iudicatur. Aut vinculo amicitie hoc
vinculo obligati sumus amicis et fami-
liaribus. Quorum cuiuslibet potest esse il-
la vox Job. xix. Ad miseremini mei.
miserere mei. s. u. ai. m. qz ma. do. t.
m. Sed multi sunt quorum vinculum in
hoc dissoluit prosperitas tempora-
lis. iij. Esdre. Non meminerunt cum
biberint amicitiam nec fertilitatem.
Aut vinculo gratie. hoc vinculo ob-
ligati sumus omnibus patribus spiri-
tibus et fratribus. vni possumus nos dice-
re illud mach. Admoneo sumus nostri.
Secundum est quis sit eorum status. Ad
hoc autem ut amplius moueamur ad
comparandum eis: debemus considerare sta-
tum eorum qualiter consistit in tribus.
Primo in pene acerbitate: utpote
in camino ignis ardentis. De quorum
quolibet potest dici illud. i. Cor. ix. Ipse
autem saluus erit. si transierit tamen quasi per ignem.

Pro adolescente

Secundo in patientie necessitate: ut pote positos duri carceris ergasculo: ut possit quilibet eorum dicere amico suo illud Gen. 40. Ademento mei cum bene tecum fuerit et facies mecum misericordiaz ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere.

Tertio in se iuuandi impossibilitate: ut pote positos in miseria extreme de pauperationis ut possit quilibet dicere cuilibet nostrum illud Jeremi. iij. Recordare paupertatis et transgressiois mee. absinthij et fellis.

Tertius est quod subueniendi modus. Modus subueniendi eis debet esse. Primo affectuosus. quia pena intensa. Debemus ergo eis subuenire ex magno affectu ut impleamus illud apostoli Hebre. vlti. Adementote iunctorum tanquam simul iuncti: et laborantium tanquam et ipsi in corpore constituti.

Secundo operosus ut sit redemptio eita. Debemus enim eis subuenire multiplici effectu. De quo in his verbis continetur. Adusa frequens sancteque preces: Ieiunia sacra.

Profunt defunctis prodest elemosyna crebra. His enim suffragijs captiui illi redimunt. 2. Adachab. 12.

Vir fortissimus Judas. col. facta. d. mil. drag. ar. mi. Je of. casibi pro pec. mor. iuste et re. de resu. cogitans.

Tertio continuus: quia non est eis interpellationis gratia. Debemus enim subuenire eis continue. i. pro loco et tempore ut respondere eis possit quilibet nostrum Tre. iij. Ademoria me mor ero: et tabescet in me anima mea.

Quartum est quod subueniendi fructus. Fructus subuentiois magnus est. Primo istam subuentionem deus acceptat: ut de hac in iudicio dicturus sit Mathe. xxv. Amen dico vo-

bis quod diu fecistis vni de fratribus meis minimus mihi fecistis.

Secundo quia per hanc subuentionem afflictorum animas liberat. 2. Adachabeorum. xij. Sancta et sa. est cogi. pro. defun. ex. ut. a. pecca. soluantur.

Tertio quia per hanc subuentionem subuenientes remunerat. Lho. 4. Elemosyna ab omni peccato et a morte liberat: et non patitur animam ire in tenebris. Amen.

¶ Pro adolescente.

Sermo.

xxxiiij.

Consumatus
in breui expleuit tempora multa. Sapientie. 9.

In his verbis nunc vobis prepositis scriptura. de hoc puero duo dicit.

Primo velocem transitum huius vite. ibi consumatus in breui.

Secundo dicit utilitatem istius transitus. ibi. expleuit tempora multa. Dicit ergo consumatus etc. quasi diceret quod alij faciunt multis temporibus iste puer fecit in breui. Et propter hoc illud non est lamentabile: sed magis laudabile. Unde ecclesi.

Laudauit mortuos magis quam viuentes. Deus voluit quod vita istius pueri cito finiretur propter tria.

Primo antequam corrumpere vitio. Secundo antequam grauaretur senio.

Tertio antequam affligeret supplicio.

¶ Primo voluit deus quod vita istius pueri cito finiretur antequam corrumpere vitio. Ne enim propter longiorem vitam innocentiaz perderet eripuit eum deus de presenti vita cito. Sicut impossibile est declinare per viam puluerosam quod pedes non impoluerizentur: sic impossibile est diu viuere in mun-

Sermo .xxxiii.

do q̄ homo non peccet. propterea dicit sapien. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius.

¶ Secūdo voluit deus q̄ vita isti pueri cito finiret̄ anteq̄ grauariet̄ senio. Quis est q̄ angustias ⁊ tribulationes senum possit narrare? Audi qd̄ dicit Gregori. Si homo ad senectutem venerit statim cor affligitur: caput concutitur: aures sordescūt calligantur oculi. nares fluūt: dentes putrescunt: fetet anhelitus: tremat tactus: ⁊ deperit actus. Et ideo deus hunc puerum de hac vita vocavit ut hec mala non sustineret.

¶ Tertio voluit deus q̄ vita istius pueri cito finiretur anteq̄ affligeretur supplicio. Debetis scire q̄ qui veniunt ad annos discretionis vix post mortem euadūt penam salteꝝ purgatorij ratione offense. Sed hic puer cum adhuc nihil peccauerit in vita ista: post mortem nullam penam sustinebit: quia qui non fuerit particeps culpe nec erit pene.

Unde ipse potest dicere illi. i. *Thimothee. 4.* Cursum consumaui: scilicet istius vite: fidem seruaui. s. recipiendo baptismum ⁊ alia sacramenta ecclesie. In reliquo reposita est mihi corona.

¶ Sermones alij funebres ad quoscunq̄.

Qduxit me de lacu miserie ⁊ de fecis. psalmus. xxx. Hic mundus amatoribus eius est delectabilis ⁊ amemus. Viris autem spiritalibus est inopia ⁊ miseria sicut carcer plenus miseris. Juxta illud Job. Putredini dixi pater meus es: mater mea ⁊ soror mea vermicibus. Et ideo amatores mūdi hanc

vitam nunquam optant finire. Hi e contrario dolent: ⁊ conquerunt eam prolongari diutius. Voces amatorum mundi sunt hec ut habetur sapien. xx. Venite fruamur bonis in vita nostra coronemur nos rosas antequam marcescant. Iustorum autem voces sunt hec psalmi. Deu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et Apосто. Infelix ego quis me liberabit a corpore mortis huius? Et ideo dicit verbum propositum. Eduxit me ⁊ cetera. Ubi est sciendum q̄ dominus educit electos suos.

¶ Primo de peccato dando eis contritionem.

¶ Secundo de amore huius seculi ad amorem suum: scilicet trahendo de malo ad bonum vel ad religionem.

¶ Tertio educit de corpore producendo ad beatitudinem.

¶ Primo dico q̄ educit de peccato dando eis contritionem. Status enim peccatoris est plenus miseria ⁊ abhominacione: quia peccator est hostis dei. Juxta illud. Qui facit peccatum seruus est peccati. pro uerborū. i. 4. Iustitia eleuat gentē: miseros autē facit peccatū. Dū ergo de statu peccati vocatur ad penitentiam: educitur de lacu miserie.

Secundo educit de mundo trahendo ad religionem: vel sibi infundendo suum timorem: qui extinguit amorem mundi. In statu quippe mundi inheret mundanis ⁊ terrenis: que acquiruntur cum labore ⁊ sudore. Et gubernantur cū timore. Unde boetius. Nunquam dies agit quin trepidum mentes hominum. Et Job. Homo natus de muliere breui uiuens tempore re-

Sermo communis

pletus multis miserijs: qui quasi flos egreditur et conteritur: et fugit velut verba et nunquam in eodem statu permanet. Quare modo sanus: modo infirmus. Dum ergo per gratiam dei efficitur contemptor mundi et inebriatur amore dei educitur de lacu miserie.

Tertio educit de corpore ad beatitudinem: quia in hoc mundo homo non potest habere pacem nec requiem: quia diversa genera inimicorum habet. scilicet diabolus: mundum et carnem et prouitatem ad malum et difficultatem ad bonum. Unde Job. Quare data est misero lux et vita his qui in amaritudine sunt. Dum ergo separatur a corpore: educitur de lacu miserie et de luto. Unde Esa. 55. In letitia egrediemini et in pace educemini: montes et colles cantabunt coram vobis laudem. Unde apostolus. Nec oculus vidit: nec auris audiuit etc.

Sermo communis ad mortuos.

Libera me domine de morte eterna. Job. 7
Anima que exiit de corpore timens penas inferni orat et clamat ad dominum dicens libera me etc. Sciendum est secundum Augustinum. de ciuitate dei quod triplex est mors.

Prima est mors corporis que fit quando anima deserit corpus. Et hec est mors nostra.

Secunda est mors anime: quando ipsa deseritur a gratia. Et hec est mors culpe.

Tertia est mors vtriusque. scilicet anime et corporis que fit quando neque anima viuificat corpus nec deus viuificat animam. Et hec est mors

gehennae: que vocatur eterna.

Prima ergo mors est corporis quam nullus potest euadere nec diues: nec pauper: nec fortis: nec debilis: nec sapiens: nec stultus: quia nemini parcat. Unde versus. Est commune mori. mors nulli parcat honori. psalmus. Quis est homo qui uiuet et non videbit mortem. quasi dicat nullus horam nescimus mortis.

Mortem bene scimus. Unde dominus voluit tempus esse incertum ut omni hora haberetur suspecta.

Et in euangelio estote parati: quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Unde Beatus ille seruus quem cum uenerit dominus eius et pulsauerit Januam et inuenerit eum uigilantem. Amen dico uobis quoniam super omnia bona sua constituet eum.

Secunda est mors anime. **M**ors anime est peccatum: quia quando anima peccat ipsa moritur. Unde propheta. Anima que peccauerit ipsa morietur. Et Jacobi. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. Et in euangelio de iudeis legitur.

Vos in peccatis uestris moriemini hanc possumus euadere per penitentiam. Unde apostolus. Surge qui dormis: id est qui iaces in peccatis et erurge a mortuis: id est a uitijs et peccatis que sunt mors anime nostre. Et qualiter debemus surgere: scilicet per ueram penitentiam: que est mala preterita plangere: et plangenda iterum non committere. Unde Ambrosius ait. Uera penitentia est cessare a peccato. Et sic secure poterit dicere. libera me domine de morte eterna.

Tertia est mors vtriusque. scilicet anime et corporis que erit in inferno.

Sermo communis

in quo nulla est redemptio. Unde in inferno nulla est redemptio.

Tarda confessio: infructuosa penitentia: nulla indulgentia: ubi mors sine defectu et dolor cum gemitu. ubi mors vocabitur et miseris finis non dabitur. Unde In diebus illis querent gentes mortem et non inuenient cupient mori et mors fugiet ab eis. De hac morte dicit propheta. Mors peccatorum pessima.

Idem. Sicut oues in inferno positi sunt. i. sicut bestie positi sunt in inferno. Mors depascet eos: quia transibunt de morte ad mortem. de pena in penam. Et de una damnatione in aliam: hec mors ergo est de qua anima rogit. libera me domine de morte extrema.

Ad mortuos sermo communis.

Quos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis veniet Luc. 12. In his verbis dominus. Primo indicit preparationem ibi. Et vos estote parati.

Secundo ponit rationem preparationis ibi. Quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

Primo nota quod tria sunt que faciunt hominem paratum ad diem mortis.

Primum est iudicium in seipso. scilicet quando homo punit peccata et affligit membra. hoc iudicium valde diligit dominus. Unde psalmus. Honor regis iudicium diligit. i. ad Cor. xi. Si nosmetipsos iudicarem non utique iudicaremur. Secundum est iusticia ad proximum: scilicet quando homo restituit aliena. Eccl. 14. Ante obitum operare iusticia. quoniam non est apud inferos inuenire cibum.

Idem. Ante mortem benefac amico

tuo. et fuit vires tuas exporrige da pauperi. Tertium est vigilantia ad deum. Math. 25. Vigilate quia nescitis diem neque horam. Vigilat autem homo tripliciter.

Primo vigilat ad aspectum veri luminis oculos incertis apertos tenet. Secundo vigilat qui seruat operando quod credit.

Tertio vigilat qui corporis et negligentie a se tenebras expellit. Et de his dicitur Mich. 6. Iudicabo tibi o homo quod dominus regrat a te. utique facere iudicium. quantum ad teipsum. et sollicitum ambulare cum deo quantum ad deum. Circa fuit nota quod tria sunt que ignoramus de morte propter que necesse habemus preparare nos.

Primus est tempus. Math. 25. Nescitis diem neque horam. et hic dicitur. Qua hora non putatis filius hominis veniet. Certum habes frater quod morieris sed quando ubi et quomodo non potes scire. Mors enim ubique te expectat. Tu quoque si sapiens fueris ubique eam expectabis.

Secundus est status. Nescit homo in quo statu moriatur. Eccl. ix. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. Tertium est modus Eccles. 9.

Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo et volucres celi laqueo sic capiuntur homines in tempore malo. Ideo psalmus dicit. Notum fac mihi domine finem meum. Rogemus ergo dominum nostrum iesum christum.

Ad mortuos sermo communis.

Quis est homo qui viuet: et non videbit mortem. psalmus. In statu innocentie homo erat immor

Sermo communis

ralis. i. poterat non mori. sed post
peccatū ipse cū eius posteritate educt⁹
est necessitati moriendi. Juxta illud
Gen. 7. Quacūq; hora comederi-
tis morte moriemini. Ro. vj. Corp⁹
per peccatū mortuū est. i. necessita-
ti moriendi subditū. Et ideo dicit.
ps. Quis est homo ꝛc. q. d. nullus:
qz nullus pōt defendere se ab ipsa.
Quattuor enim sunt qb⁹ homines
se solent defendere in hoc mūdo. s.
¶ Primum est diuitie.
¶ Secundum scientia.
¶ Tertium potentia.
¶ Quartum fortitudo.
Sed contra mortem nullo istorum
homines se valent tueri.
Primo non valent se tueri a mor-
te diuitijs. Unde ps. Thesaurizat
ꝛ ignorat cui congregat ea. Idem
relinquent alienis diuitias suas. Et
ideo post mortem dicūt illud Sapi-
entie. Quid nobis profuit habūdan-
tia nostra. Aut qd diuitiarū iactan-
tia contulit nobis. Omnia transie-
runt tanq̄ umbra. Et pone exem-
plū regis Priami. Item Alexandri
q̄ fuit honoratus a suis. Item Cra-
si imperatoris Romanorū q̄ hēbat
Turrim plenam auro: quē postea
Romani ligauerūt super discum ꝛ
dederūt ei bibere aux liquefactum
d. Aux sicut: aux bibe. Et sic mor-
uus est. Item Pompei⁹ romano-
ruz imperator q̄ fuit decolat⁹ a pro-
lomeo rege Egypti: q̄ Ptolomeus
postea a Cesare mortuus est. Ecce
quō diuitie nō possunt liberare ho-
minem a morte. Que inducūt ad
mortem eternam nisi fuerint bene
dispensate. Et ideo dicit Ecclesi. 5.
Qui amat diuitias fructū non acci-
piet ex eis. Itē diuitie conseruare
in manu domini sui pereunt in as-

fictione pessima. Dñs in euange-
lio. Facilius est Camelum intrare
per foramen acus q̄ diuitem in re-
gno celoz: impossibile est diuitijs as-
suere ꝛ christū seq: Diues hic epu-
lat⁹ quotidie indutus purpura. Et
moriens in inferno sepelitur. Un-
de dominus. Mortuus est diues
ꝛ sepultus est in inferno.

Secūdo non valent se tueri a mor-
te scia: qz morit⁹ doctus pariter ꝛ in-
doctus. Ecclesia. i. Et vni⁹ est interi-
tus hominis ꝛ iumentoz. i. simpli-
ciū ꝛ sapientiū. Unde ergo inflant⁹
sapientes huius seculi: quia ab ipsa
morte non possunt liberari. Pone
exemplū Salomonis q̄ fuit sapien-
tissimus. Et tū vna femina eū fecit
Imolare idolis. Mortu⁹ est Pla-
to ꝛ Socrates q̄ tamen sapientissi-
mi fuere. Et non potuerūt se libera-
ri a morte: sed veneno mortui sunt.
Et sic multi sapientes q̄ propter sa-
pientiam nunq̄ potuerūt se libera-
ri a morte. nec vnq̄ potuerūt illam
vitare. Esa. Ne q̄ sapientes estis in
oculis vestris ꝛ coram vobismetip-
sis prudentes. Quia prudentia car-
nis mors est. ad Roma. 7.

Tertio non valent se tueri a morte
potentia vel fortitudine in proprijs
virib⁹. Siquidem dicūt sapientie.
Venite ꝛ opprimamus virū iustum
ꝛ non permittamus viuere: nec re-
uerent⁹ vultus ei⁹ multi temporis:
Si aut fortitudo mea lex iusticie. i.
fortitudinem pro lege vtant⁹. Sed
certa hec lex contra mortem nil va-
lebit vt dicit Jere. ix. Non gloriat⁹
sapiens in sapientia sua: ꝛ fort⁹ in
fortitudine sua: nec diues in diuitijs
suis. Sed in me gloriat⁹. qz gloriat⁹
scire ꝛ noscere me. Erit forti-
tudo v. stra vt fauilla stupe. Nihil

Sermo communis

ergo horum possunt liberari a morte. Et ideo non debemus confidere in illis sed operari bonum et ad omnes ut cum extrema dies venerit securi per angustam portam ad veram vitam intremus: ubi sine defectu erimus diuites: sine errore sapientes: sine fine potentes: sine aliqua diminutione vel infirmitate sorte. Et in hoc magis laudandi sunt mortui recta morte quam viuentes. Rogemus ergo.

¶ Sermo communis.

Sanctas et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluantur. 2. Machab. xij. Quod sibi et alteri prodest homo debet facere libenter. Unde orare pro mortuis prodest illis et nobis. Et ideo dicitur sancta talis cogitatio prodest et mortuis. Ideo dicit salubris. Circa primum nota quod oratio facta pro mortuis prodest nobis tripliciter. Primo ratione debiti quod exolumus. Tenemur enim ad hoc ex parte scripture. Ecclesi. vij. Mortuo non prohibeas gratiam. Ex parte nature: quia fratres nostri sunt. Proverbio. xv. Omni tempore diligit qui amicus est. et frater in angustiis comprobatur. Ex parte gratie que facit nos subuenire proximis. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Et sic ad implebitis legem christi.

Secundo prodest nobis ratione debiti quod acquirimus. Et hoc est tripliciter. Primum est quod ipsa oratio non solum eis sed etiam nobis prodest: quia qui pro alio orat pro seipso laborat. ps. Oratio mea in sinu meo quertetur. Secundum est quia obligamus eos ut cum fuerint in gloria pro

nobis orent. Qui enim negligentes sunt orare pro mortuis puniuntur in hoc ipso ut post mortem alii sint negligentes orare pro ipsis. Sap. x. Per que quis peccat: per hoc et torquetur. Mat. 6. In qua mensura messi fueritis remetietur vobis. Ideo admonet nos Ecclesi. d. Memento iudicii mei sic erit et tuum. Tertio prodest nobis ratione rei ultime quam ad memoriam reducimus. Siquidem orando pro mortuis habemus memoriam mortis que valet ad vitandum peccatum. Ecclesi. 7. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Item ad contemnendum mundum Hieronymus. Facile contemnit omnia qui se semper cogitat moriturum. Ad prouidendum ad statum futurum. Luc. xvij. Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem meam. Ideo estote parati. Circa secundum nota quod prodest et mortuis. Et ideo dicit salubris. Et hoc est quod sequitur ut a peccatis soluantur. id est a penis inflictis pro peccatis. Et he sunt tres. Carentis visionis diuine. Qui enim sunt in purgatorio non possunt videre deum. Job. xvij. In tenebris stratum lectulum meum. Item dilatio glorie. Job. xvij. Constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Unde quilibet existens in purgatorio dicit. Quando veniam et apparebo ante faciem dei? Item acerbitas pene. Job. 19. Misere mini mei misere mini mei saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Et ex his penis dicit Gregorius quod tribus modis liberantur.

Primo per orationes sanctorum. Secundo per oblationem sacerdotum.

Sermo communis

Tertio per elemosinas pauperibus
facias.

De primo habemus in dialogo sci
Greg. Quod sua oratione libera-
uit animam illius pagani. Item de
sancto Nicolao de Tolentino qui
orationibus suis liberauit animas
fratris sui: et fratris pegrini et mul-
torum aliorum.

Secundo habemus pariter in dia-
logo sancti Greg. qui inuenit ani-
mam illam stantem in lacu qui cum
celebrasset triginta missas pro eo li-
beratus fuit. et ad gaudia paradisi
euolauit.

De tertio pone exemplum quod est
in fine legende mortuorum. Rogem.

¶ Sermo communis mortuorum.

Ecce ego uenio
sicut fur. beatus qui vi-
gilat. Epoc. 1. Dns no-

ster in his verbis. Primo ammo-
net nos cum dicit. Ecce ego uenio
sicut fur. Secundo confortat nos ad
bonorum operum sollicitationem
cum dicit beatus qui uigilat. Un-
de notandum est quod dominus ueniet
contra peccatores in hora mortis
tripliciter.

¶ Primo ad terrendum.

¶ Secundo ad spoliandum.

¶ Tertio ad interficiendum.

¶ Primo dico quod dominus ueniet contra
peccatores in hora mortis ad terre-
dum. Terrorem enim erit videre fa-
ciem tanti iudicis iratam Unde
Job ait. 24. Et facie furoris eius tur-
batus sum. Et idem. Quis mihi tri-
buat ut in inferno protegas me et
abscondas me donec pertranseat
furorem tuum. propter hoc pauci sunt
qui non torqueant os et oculos in
hora mortis. Considerat enim pec-

ccator quod tantum offendit deum quod pro
offensionibus eius sustinebit dam-
nationem et penam. Unde dicit 2 poe.
3. Penitentiam age si non uigila-
ueris ueniam ad te: et nescies qua
hora ueniam. unde Math. 25. Ua-
glate: quia nescitis diem neque horam.
Et ideo semper debemus uigilare
et manere in continua penitentia.
